MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81277-3

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

HAAS, ALFRED

TITLE:

QUIBUS FONTIBUS AELIUS ARISTIDES IN...

PLACE:

GRYPHISWALDIAE

DATE:

1884

Master Negative # 93-81277-3

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88Ar37
DH

Haas, Alfred, 1860- 1930.
Quibus fontibus Aelius Aristides in componenda declamatione, quae inscribitur Πρὸς Πλάτωνα ὑπὲρ τῶν τεττάρων, usus sit. Dissertatio inauguralis quam scripsit ... Alfredus Haas ... Gryphiswaldiae, typis Iulii Abel, 1884.
97 p. 20½ cm.

Thesis. Greifswald.

136818

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA ~~IA~~ IB IIB
DATE FILMED: 4-12-93 INITIALS MLW
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches






MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

HC-1,3,H88

88Ar37 DH

Columbia University
in the City of New York

LIBRARY

Prōs platōna usu tōn tettarōn

QUIBUS FONTIBUS AELIUS ARISTIDES IN COMPONENDA DECLAMATIONE, QUAE INSCRIBITUR *ΠΡΟΣ ΠΛΑΤΩΝΑ ʽΥΠΕΡ ΤΩΝ ΤΕΤΤΑΡΩΝ*, USUS SIT.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM SCRIPSIT

ATQUE

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

GRYPHISWALDENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXV. MENSIS FEBRUARII MDCCCLXXXIV

HORA XI

UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS

PUBLICE DEFENDET

SCRIPTOR

ALFREDUS HAAS

POMERANUS

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

ULRICH HOEFER.

ROBERT HOLSTEN.

OTTO SEUBERT.

GRYPHISWALDIAE

TYPIS IULII ABEL

MDCCCLXXXIV.

88 Ar 37
DH

ALRICO DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF

PIETATIS ERGO.

Inter orationes quas Aelius Aristides, rhetor ille alterius p. Chr. n. saeculi conscripsit, imprimis digni sunt qui legantur, libri *Παναθηναϊκός* et *πρὸς Πλάτωνα ὑπὲρ τῶν τεττάρων*. Illa est urbis Athenarum laudatio, qua Aristides Isocratem imitatus est; in hac declamavit contra Platonis Gorgiam, in quo philosophus ille imprimis Pericli Cimoni, Miltiadi Themistocli vitio vertit (p. 515 D.), quod in republica administranda cum populo egissent, quamquam legum institutorumque fuissent imperiti.

Atque mihi quidem cum orationem illam *ὑπὲρ τῶν τεττάρων* pertractarem, haud inutile videbatur esse, quibus fontibus Aristides in componendo hoc libro usus sit, perquirere atque exponere. Sed cum eae res quae in hac oratione afferuntur, magna ex parte etiam in Panathenaico inveniantur, ex ea quoque oratione nonnulla ad fontes accuratius investigandos respicienda erunt.

Fontes suos Aelius Aristides modo libere transscripsit, ita ut quae origo fuerit saepe pro certo affirmari non possit; modo tam arte fontis sui vestigia secutus est, ut eisdem vocabulis uteretur quae in fonte inveniebat. Omnia autem suis additamentis rhetoricis miscuit, ut interdum novum aliquid legere tibi videaris, quod si accuratius contemplatus eris, ex Thucydide sive ex Herodoto repetitum esse patebit.

Ei autem auctores, ex quibus Aristides hausit, non ita ab usu remoti erant: hausit enim ex Herodote, ex Thucydide, ex Xenophonte, i. e. ex eis fontibus, qui a

posterioribus omnibus qui historiam conscripserunt, adhiberi solebant. Praeterea ex Plutarcho quoque non pauca deprompsit, qui cum quaecumque de virorum clarorum vitis nota erant, paucis annis ante collegisset et composuisset, Aristidi in Themistocle Cimone Pericle defendendis commodissime praesto erat. Deinde oratoribus Atticis atque poëtarum et melicorum et tragicorum et comicorum celeberrimis usus est fontibus. Denique Aeschinis quoque Socratici et Platonis scriptis operam dedit atque ex Platone quidem longe plurima deprompsit neque solum singula eius dicta sententiasque sed etiam res quae ad historiam pertinent.[1])

Primum igitur quae de Platone, quae de Aeschine Socratico; deinde quae de Xenophonte de Thucydide, de Herodoto de Plutarcho; tum quae de oratoribus, quae de poëtis deprompta sint; denique in appendice quae restant et digna videntur quae adferantur, pertractabo.

Plutarchum unum ex Aristidis fontibus fuisse primus intellexit Sintenis (Plutarchi Pericl. rec. et comment. suis illustr. C. Sintenis Lipsiae 1835 p. 302 sqq.), qui nonnulla exempla documento adfert. Deinde nuper Ad. Bauer (Themistocles, Studien und Beiträge zur griech. Historiographie und Quellenkunde, Merseburg 1881, p. 144 sqq.) quae de Themistocle ab Aristide in declamatione pro quattuorviris[2]) relata sunt, ad fontes revocavit. Ad utrumque infra revertar.

Plato.

Platonis scripta Aristides omnia novisse videtur,

[1]) In ceteris quoque libris Aristides alios fontes nullos mihi videtur adhibuisse, quamquam non in omnes libros inquisivi. Magni autem momenti est constare illius aetatis rhetores historiam ex eisdem fontibus derivasse, qui nostris temporibus exstant.

[2]) Quae Aristides in Panathenaico de Themistocle memoriae prodidit, omisit Bauerius non recte, ut mihi quidem videtur.

quod facile ex ea re colligitur, quod permultos Platonis libros in hac pro quattuorviris oratione adfert. Sunt enim hice: leges, respublica, Gorgias, Menexenus,[3]) Cratylus, Phaedrus, Phaedo, apologia Socratis, convivium, Protagoras, Critias, Laches, Theaetetus, Alcibiades prior,[3]) Theages,[3]) epistulae,[3]) fortasse Timaeus. Quo ex numero saepissime leges et rempublicam et imprimis Gorgiam, in quem totus hic liber conscriptus est, adfert.

Platonem Aristides longe alia citat ratione atque ceteros scriptores: commemorat enim locos e Platone sumptos plerumque nomine philosophi addito atque talibus quidem verbis: *ὥς φησι Πλάτων. ὡς ὁ Πλάτωνος λόγος. Πλάτωνος ἡ φωνή. αὐτὸς Πλάτων ὑπάρχει μάρτυς.* saepius Platonem ut praesentem secunda persona adloquitur,[4]) ut *αὐτὸς σὺ φῄς* (sive *λέγεις*). *αὐτὸς ὁμολογεῖς. τὸ σὸν, ὦ Πλάτων. τότ' ἄν τις ἴδοι τὸν σὸν λόγον.*

Singulos autem Platonis libros rarissime nominat exceptis Lachete II 128, 10,[5]) republica II 212, 15; 218, 5; 295, 5, apologia Socratis II 260, 5.

Eos locos, ubi sententiam aliquam sive enuntiatum Platonis commemorat, ut aut redarguat aut comprobet, eosque locos ubi verba sua dictis Platonicis exornat,

[3]) Quamquam hodie satis constat Menexenum Alcibiadem priorem, Theagem epistolas non ab ipso Platone esse conscripta, tamen brevitatis causa auctorem ubique Platonem posui, quippe quem etiam Aristides censeret esse auctorem.

[4]) Quod quidem non in hoc solo libro fit, sed etiam aliis locis eadem usus est ratione, ut in libro *περὶ τοῦ παραγγέλματος* II 382, 10 (ed. Iebbiae).

[5]) Quamquam Aristidis editio, quam Dindorfius 1829 curavit, hodie vulgaris est ideoque in locis adferendis ab hominibus doctis adhiberi solet, tamen Iebbiae editionis paginis, quae etiam in Dindorfii editione inveniuntur, citavi, cum spatia, si ex Dindorfii editione citarem, interdum nimis longa essent. Neque tamen singulos uniuscuiusque paginae versus editionis Iebbiae adferam, sed qui soli a Dindorfio adscripti sunt, versum primum, quintum, decimum, quintum decimum, vicesimum.

omittimus, quia ad hanc quaestionem, quae ad historiam solam spectat, non pertinent. Eorum autem locorum, qui ad historiam pertinent, primum quidem eos referam, ubi se ex Platone hausisse ipse profitetur Aristides.

II 210, 15 Lacedaemonios in pugna Plataeensi non manere, sed fugere voluisse; Plat. Lach. 191 B.

II 244, 5 (cf. II 232, 1). Miltiades mortuus est *οὐ τῶν δικαστῶν θάνατον καταγνόντων αὐτοῦ, οὐδ' ὡς σὺ φῂς κἂν εἰς τὸ βάραθρον ἐμπεσών, εἰ μὴ διὰ τὸν πρύτανιν, ἀλλὰ τοῦ τραύματος αὐτῷ σφακελίσαντος.* Plato enim Gorg. 516 E memoriae tradit futurum fuisse ut Miltiades in barathrum deiiceretur, nisi prytanis impedivisset. Hoc Aristides verum esse negat maioremque fidem habet Herodoto, qui VI 136 tradidit Miltiadem mortuum esse *σφακελίσαντος . . τοῦ μηροῦ* in quo vulneratus esset. cf. infra sub Her.

II 244, 10. Athenienses Pericli *μετὰ τὴν τῆς κλοπῆς, ὡς σὺ φῂς, καταδίκην*, rursus rempublicam administrandam tradidisse. Gorg. 516 A,

II 260, 5. Athenienses Socratem insontem capitis damnavisse, *αὐτὸς σὺ λέγεις ἐν Σωκράτους ἀπολογίᾳ.* p. 41 B. al.

II 198, 1—5. Socratem pugnis ad Delium, ad Amphipolim, ad Potidaeam factis interfuisse et ex pugna ad Delium commissa fortiter pugnantem excessisse. Conv. 219 sq.

II 158, 15. Athenienses Cimonem in exsilium misisse, *ὅπως αὐτοῦ δέκα ἐτῶν τῆς φωνῆς μὴ ἀκούσειαν.* Gorg. 516 D. cf. infra sub Plut.

II 143, 10. Periclem primum fuisse qui stipendia solveret. Gorg. 515 E.

II 120, 1, Quomodo Archelaus regno Macedonum potitus sit. Gorg. 471.

II 287, 15. dicit Aristides cvntra Platonem propter

eius de deo *Θεοῦ* sententiam, quam Plato Phaedr. 274 C. professus est.[6])

II 127, 10, Ea adhibet Aristides quae Plato (conv. 201 D.) de Diotima dixit.

Alii loci, qui ex Platone repetiti sunt, ubi tamen Platonem fontem suum fuisse non expressim addidit, eius modi sunt, ut quicumque legebat, sciret, unde deprompti essent, ut ei loci ubi de Sacrate disserit.

II 134, 10 *πλεῖσται Ἀθηναίων ἐπὶ τῶν τραπεζῶν καὶ τῶν ἐργαστηρίων διελέγετο καὶ πρὸς τοὺς ἀστοὺς καὶ πρὸς τοὺς ξένους.*

II 144, 1 *τὴν Σωκράτους . . σοφίαν . . . τοῦτ' ἄγαμαι τὸ μὴ καταμελεῖν μηδ' ἐπὶ τοῖς βουλομένοις ὠνεῖσθαι ποιεῖν ἑαυτόν.* cf. II 170, 15.

II 211, 1 *ὅταν μὲν δέῃ Σωκράτη σοφώτατον εἶναι δοκεῖν, εἰς ἀξιόχρεων μάρτυρα ἀνοίσομεν τὸν θεὸν τὸν ἐν Δελφοῖς καὶ τοῖς λογίοις ἰσχυριούμεθα, ἃ Χαιρεφῶν καὶ ὀλίγοι τινὲς ἤδεσαν, οἷς ἔμελε Σωκράτους κτλ.*

Plato apol. Socr. 17 C — 21 C.

Huc accedunt tectae illae significationes quas nisi quis Platonem novit, intellegere non potest, ut II 165, 5 *δέδοικα μὴ τῶν αὐτῶν ᾖ μήτε Ὅμηρον δέχεσθαι τῇ πόλει μήτε Μιλτιάδην ἐθέλειν ἐπαινεῖν.* Utrumque facit Plato, qui de republ. II 377 D et 379 D fabulas ab Homero Hesiodo reliquisque compositas repudiandas esse docet et Miltiadem vituperat Gorg. 515 D sqq.

II 176, 10 *εἰ δὲ μὴ σοφὸς ἦν* (Miltiades) *τὰ μετέωρα, ὥσπερ Ἀναξαγόρας, οὐδὲ Σωκράτης σοφὸς ἦν ταῦτά γε, καὶ ταῦτά γε, ὥς φασιν, ὁμιλήσας ἐκείνῳ.* Cf. Plat. Phaedr. 270 A: *προσπεσὼν γὰρ* (Pericles) *οἶμαι τοιούτῳ ὄντι Ἀναξαγόρᾳ, μετεωρολογίας ἐμπλησθεὶς καὶ ἐπὶ φύσιν νοῦ τε καὶ ἀνοίας ἀφικόμενος κτλ.* Anaxagoram magistrum Socratis fuisse sciebat ex Plat. Phaed. 97 D; Socratem

[6]) Ubi Aristides accuratiorem huius rei notitiam invenerit, dici nequit: fortasse cum ipse in Aegypto esset, in hanc rem inquisivit.

meteorologiae non studuisse ex apol. Socr. 19 B. sqq. Ad Platonis Phaedr. l. l. spectat Aristides etiam II 131, 10 hisce verbis: *ἑτέρωθι εἰκότως φησὶ* (Plato) *τέλεον τὸν Περικλέα τὴν ῥητορικὴν γενέσθαι συγγενόμενον Ἀναξαγόρᾳ.*

II 143, 5 *ὅρα μὴ λέοντα ξυρεῖν ἐπιχειρῶμεν.* Eodem proverbio usus est Plato de republ. I 341 C.

Sunt denique loci ubi Aristides res a Graecis praeclare gestas secundum Platonem narrat, neque tamen addit Platonem fontem suum fuisse. Atque ita philosophi ipsius explicationem, quamquam redarguere in animo habet, in suam rem convertit; certe Platonem fontem suum fuisse addere debuit. Hoc autem ad Platonis Menexenum pertinet, ex quo magnam partem earum rerum, quas de altera expeditione a Persis in Graeciam suscepta tradidit, hausit:

II 163, 1 *ὁ τοῦ τῶν πολεμίων στρατοπέδου κύριος καὶ ἡγεμὼν Δᾶτις . . . καίτοι προείρητό γε ὑπὸ τοῦ βασιλέως αὐτῷ στέρεσθαι τῆς κεφαλῆς, εἰ μὴ Ἐρετριέας καὶ Ἀθηναίους ἀγάγοι.*

Men. 240 A *Δαρεῖος . . πέμψας . . Δᾶτιν δὲ ἄρχοντα, εἶπεν ἥξειν ἄγοντα Ἐρετριέας καὶ Ἀθηναίους, εἰ βούλοιτο τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν ἔχειν.*

Herodotus VI 94 nihil de capitis poena tradit, id quod faciunt Aristides et Plato; ille Datim et Artaphernem imperatores nominavit, Aristides et Plato solum Datim.

I 122, 15 Omnes satrapes a rege iussos esse vincula parata habere, ne quis Atheniensium effugeret. Idem Plato Menex. 240 C.

II 168, 15 sqq. *ὅποι δ' ὁρμήσειαν* (Persae), *ἔχειν ὑπελάμβανον, οἵ γε καὶ ἐπὶ Σκύθας ἐλθόντες ἔδοξαν δυστυχῆσαι, ὅτι οὐκ ἠδυνήθησαν εὑρεῖν αὐτούς· Αἰγύπτιοι δὲ οἱ σοφώτατοι πάντων μίαν τῶν πασῶν μηχανὴν οὐχ εὗρον, δι' ἧς ἐκφεύξονται τὸ μὴ δουλεῦσαι. Λιβύην δ' οὐδεὶς λόγος ἦν ὁ διαιρῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας τότε, ἀλλ' ἦν ἅπαντα μία ἤπειρος ὡς Πέρσαις εἶναι. Τῶν δὲ Ἑλλήνων οἱ μὲν τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντες οἱ μὲν ἐκ τριγονίας ἐδούλευον, οἱ δ' ἐκ πλείονος, αἱ νῆσοι δ' οὐδὲν ἦσαν πρᾶγμα, Ἐρετριεῖς δ' Εὐβοέων χεῖρας ἀνταράμενοι τριῶν ἡμερῶν ἤγοντο πανοικησίᾳ· τῶν δ' ἄλλων τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ οἱ μὲν τὸ ὕδωρ καὶ τὴν γῆν ἐδεδώκεσαν, οἱ δὲ τὸ μέλλον ἀπεσκόπουν, τοσοῦτον αὐτοὺς Ἐρετριέων εὐτυχεστέρους νομίζοντες, ὅσον ὕστεροι ταὐτὰ πείσεσθαι. Λακεδαιμόνιοι δέ, εἴθ' ὑπὸ τοῦ πρὸς Μεσσηνίους πολέμου εἴτε καὶ τὴν πανσέληνον μένοντες, οὐδὲ αὐτοὶ βοηθεῖν εἶχον. ὁ δὲ σιραιὸς ἦν καὶ δὴ Μαραθῶνι κατηρκὼς ἐξ Ἐρετρίας ὡς ἐπὶ τοῖς ἴσοις.* Similiter rem enarrat I 123, 5 sq. et I 141, 5 sq., ubi legitur hoc: *καὶ τότε μὲν ἡμέρᾳ μιᾷ τῆς μάχης ὑστέρησαν*

Menex. 239 C sqq. *Πέρσας ἡγουμένους τῆς Ἀσίας καὶ δουλουμένους τὴν Εὐρώπην ἔσχον οἱ τῆσδε τῆς χώρας ἔγγονοι . . . δεῖ δὲ αὐτὴν*

(sc. maiorum nostrorum virtutem) *ἰδεῖν, εἰ μέλλει τις καλῶς ἐπαινεῖν, ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ γενόμενον λόγῳ, ὅτε πᾶσα μὲν ἡ Ἀσία ἐδούλευε τρίτῳ ἤδη βασιλεῖ, ὧν ὁ μὲν πρῶτος . . τῆς . . Ἀσίας μέχρι Αἰγύπτου ἦρξεν, ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Αἰγύπτου τε καὶ Λιβύης, ὅσον οἷόν τε ἦν ἐπιβαίνειν, τρίτος δὲ Δαρεῖος πεζῇ μὲν μέχρι Σκυθῶν τὴν ἀρχὴν ὥρισαιο, ναυσὶ δὲ τῆς τε θαλάττης ἐκράτει καὶ τῶν νήσων . . .* (Datis) *πλεύσας εἰς Ἐρετρίαν . . . τούτους ἐχειρώσατο μὲν ἐν τρισὶν ἡμέραις. διηρευνήσατο δὲ αὐτῶν πᾶσαν τὴν χώραν, ἵνα μηδεὶς ἀποφύγοι, τοιούτῳ τρόπῳ· ἐπὶ τὰ ὅρια ἐλθόντες κιλ. . . τῇ δ' αὐτῇ διανοίᾳ κατηγάγοντο ἐξ Ἐρετρίας εἰς Μαραθῶνα, ὡς ἕτοιμόν σφισιν ὂν καὶ Ἀθηναίους ἐν τῇ αὐτῇ ταύτῃ ἀνάγκῃ ζεύξαντας Ἐρετριεῦσιν ἄγειν . . . ἐβοήθησεν Ἑλλήνων οὐδεὶς . . . πλὴν Λακεδαιμονίων· οὗτοι δὲ τῇ ὑστεραίᾳ τῆς μάχης ἀφίκοντο· οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἐκπεπληγμένοι ἀγαπῶντες τὴν ἐν τῷ παρόντι σωτηρίαν, ἡσυχίαν ἦγον.*

Λακεδαιμόνιοι et I 128, 15, ubi hoc invenitur: *διηρευνήσατο* (Persarum rex) *πάντας τῆς γῆς τοὺς μυχοὺς ἀκριβέστερον ἢ Λᾶτις τὴν Ἐρετρικήν.*

Plato igitur et Aristides tradunt Eretriam tribus diebus esse captam, Herodotus VI 101 tradit Eretrienses sex dies contra Persas dimicasse, septimo die oppidum eorum proditione esse captum. Quod dicit Aristides Persarum regem omnes regni angulos accuratius perscrutatum esse (*διερευνήσασθαι*) quam Datim fines Eretriensium, non intellegitur nisi ex Platone. Aristidem hunc, non alium fontem adhibuisse confirmatur ea re quod apud utrumque legitur vocabulum *διερευνᾶσθαι*, apud Herodotum VII 19 *ἐρευνᾶν*. — Quae Aristides de regno Persarum paulatim exaucto tradit, ea ex Platone esse sumpta documento sunt verba: *οἱ μὲν ἐκ τριγονίας ἐδούλευον, οἱ δ' ἐκ πλείονος*, collata cum Platonis verbis: *πᾶσα μὲν ἡ Ἀσία ἐδούλευε τρίτῳ ἤδη βασιλεῖ*. Nam quod Aristides addit: *οἱ δ' ἐκ πλείονος*, nihil est nisi rhetorica amplificatio. — Aristides et Plato tradunt Lacedaemonios uno die serius advenisse, Herod. VI 120 hoc solum dicit: *ἦκον . . . μετὰ τὴν πανσέληνον.*

Tamen his ex Platone depromptis immiscuit quaedam de Herodoto repetita: nam quae de Scythis narrat, sine dubio ex Her. IV init. et quod dicit cur Lacedaemonii Atheniensibus Marathonem auxilio non venerint (*τὴν πανσέληνον μένοντας*), ex Her. VI 106 (*πανσέληνον ἔμενον*) hausit cf. infra sub Her.

Persas cum Marathonem navigarent, putasse se eadem condicione qua Eretrienses cepissent, etiam Athenienses esse capturos, praeter Platonem (et Aristidem) etiam Her. VI 102 tradit; tamen Aristides hoc ex Platone repetiisse mihi videtur.

II 165, 5 *ἦρξε* (Miltiades) *τῆς ἐλευθερίας τοῖς Ἕλλησι* et compl. locis similia. Id sine dubio ex Platonis Men. 240 D hausit: *πρῶτοι στήσαντες τρόπαια τῶν βαρβάρων ἡγεμόνες καὶ διδάσκαλοι τοῖς ἄλλοις γενόμενοι κτλ. τοὺς ἄνδρας φημὶ πατέρας εἶναι τῆς ἐλευθερίας.* Aristides igitur ita Platonis verba immutavit ut quod Plato de omnibus Atheniensibus, qui ad Marathonem contra hostes dimicaverant, dixerat, in unum Miltiadem ad augendam eius gloriam converteret.

I 157, 20 *ἡγουμένη* (urbs Athen.) *πρὸς μὲν τοὺς βαρβάρους δεῖν πολεμεῖν ἄχρι παντὸς τοῦ δυνατοῦ, πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνας ἁπλῶς μέχρι τοῦ κρείττονος.*

Men. 242 D *ἡγούμενοι πρὸς μὲν τὸ ὁμόφυλον μέχρι νίκης δεῖν πολεμεῖν . . . πρὸς δὲ τοὺς βαρβάρους μέχρι διαφθορᾶς.*

Eandem hanc sententiam etiam II 155, 10 professus est Aristides et hoc quidem loco Platonem auctorem nominat. In ceteris rebus ex Menexeno depromptis Platonem auctorem nominat: II 127, 15; 131, 1 sqq.; 173, 15; 280, 15.

Unus restat locus, ubi Aristides Platonis testimonium adferens erravisse videtur:

II 173, 15 (Aristides) *δίκαιος ὢν ὡς σὺ φῄς.* In nostris autem Platonis libris nullus locus invenitur, ubi Aristidi cognomen *δικαίου* tribuatur.

Aeschines Socr.

Ad refutandum Platonis de Themistocle iudicium adhibuit Aristides II 222 sqq. Aeschinem Socraticum, filium Lysaniae (ap. Socr. 33 E), cuius ex dialogo „Alcibiade" magnum sumpsit fragmentum. Hunc scriptorem ab ipso Aristide esse inspectum ex eius verbis apparet et scripta eius Aristidi notissima fuisse elucet ex libro de rhetor. II 17, 5 sqq. et 20, 15. Eum autem dialogum, ex quo illud fragmentum depromptum est,

„Alcibiadem“ fuisse et scholiasta Aristidis III 663, 15 (ed. Dind.) adnotat et ea re confirmatur, quod Alcibiades cum Socrate colloquens reperitur.

II 285, 10 Aeschinis de Pericle iudicium: *Αἰσχίνης φησὶ περὶ αὐτοῦ, ὅτι κἂν τοῖς δώδεκα θεοῖς ἥδιστα ἐπείμησε.* Denique II 269, 10 Aeschines una cum Demosthene et Thucydide commemoratur.

Xenophon.

Ex numero Xenophontis scriptorum Memorabilia et Hellenica adhibuit. Ex Hellenicis quaecumque ab anno a. Chr. n. 410 facta esse narrat, hausit. Itaque hic Xenophontis liber minus saepe in declamatione pro quattuorviris quam in Panathenaico adfertur. Tamen etiam in illa declamatione nonnulla vestigia Hellenicorum inveniuntur.

II 157, 15 spectat ad pacem Antalcideam (cf. schol. III 526, 25); Hell. V 1, 31.

eodem loco. Lysandri insolentiae mentionem facit. Hell. II 2, 5; 3, 7; III 4, 2; 5, 13.

II 176, 1. Agesilai vitia commemorat[7]); Hell. V 4, 24 sqq. et Thibronis intemperantiam; Hell. IV 8, 18 sqq., unde Aristides verba *ἐκρατεῖτο* (Thibro) *ὑπὸ τῶν τοῦ σώματος ἡδονῶν* deprompsit.

II 287, 1. Mantineam esse captam a Lacedaemoniis narrat secundum Hell. V 2, 4 sqq.

Omnia haec quasi praeteriens argumentationi inseruit.

Quam multa ex Memorabilibus sumpserit, non satis certo iudicio diiudicari potest. Multa enim quae de Socrate profert, et a Xenophonte et a Platone memoriae prodita sunt, neque semper sciri potest, utri Aristides suum debeat. Neque tamen dubito quin quod Aristides II 247, 10 narrat Alcibiadi et Critiae, qui Socrate ma-

[7]) *φιλέταιρος* Agesilaus ab Aristide nominatur, quod Sphodrias gratia Agesilai liberatus est.

gistro usi essent, crimini esse datum *τῇ τε πόλει τὰ αἴσχιστα βουλεύσασθαι καὶ τὸν ἄλλον βίον ἥκιστα βιῶναι κατὰ Σωκράτη* et quod II 249, 1 tradit Critiam vetuisse Socratem cum adolescentibus colloqui, ex Xen. Mem. I 2, 12 sqq. et I 2, 31 pendeant.

II 289, 20. Fabulam quandam ab Aesopo de cane narratam adfert. Quae qualis fuerit, enarrat schol. III 718, 5, qui addit Xenophontem eandem fabulam *ἐν τοῖς ἀποφθέγμασι Σωκράτους* referre. Invenitur autem fabula illa apud Xen. Mem. II 7, 13. Tamen Xenophon auctorem Aesopum non nominavit.

Nominatim[8]) denique attulit Xenophontem II 146, 15, ubi eius de paedotribis dictum, quod Mem. I 2, 17 legitur, refert.

Thucydides.

Thucydides, cui Aristides summam habuit fidem, omnium fontium ei gravissimus est. Itaque Thucydides ex historicis unus est, quem nominatim adfert. Primum quidem commemorat eum II 120, 10, ubi de Periclis moribus disserit repetitque ex Thucydide maiorem partem capitis illius (II, 65), ubi is quomodo Pericles in republica administranda se gesserit, perscribit. Singula huius capitis in sequentibus declamationis suae paginis saepius adfert modo Thucydidis nomine adlato ut II 126, 1; 130, 15; 131, 1; 268, 5; 269, 10, modo non commemorato, ut II 119, 10 sqq.; 123, 15 sqq.; 148, 10; 149, 5. Ut rhetoris est, Aristides permulta quae in fonte suo legebat, aliis verbis transtulit ut

II 119, 15 *οὐδ' ὅπως μείζων τῆς τάξεως ἔσται προὐνοήθη. παρὸν αὐτῷ μᾶλλον πανὸς Πεισισράτου* (i. e. *τυράννου*).	Thuc. II 65: *ἐγίγνετό τε λόγῳ μὲν δημοκρατία, ἔργῳ δὲ ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχή.*

[8]) Omnino bis Xenophontem nominavit: praeter locum, quem supra attulimus, etiam de rhet. II 72, 10, ubi anabasin adumbrat.

II 119, 10 *σχῆμα τῆς πόλεως ἦν Περικλῆς, οὐ δουλεύων*[9]*) ταῖς τῶν πολλῶν ἐπιθυμίαις, ἀλλ' αὐτὸς ἄρχων τῶν πολλῶν, οὐδ' ὅ τι δόξειεν ἐκείνοις, τοῦτο λέγειν ἀξιῶν, ἀλλ' ὅ τι δόξειεν αὐτῷ τοῦτ' ἐκείνους πράττειν ἐπαναγκάζων.* II 123, 20: *οὐ πρὸς ἡδονήν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ὀρθοτάτης ἀεὶ γνώμης ὡμίλει* (sc. *τῷ δήμῳ*). cf. II 126, 5: *ἐλευθέρως ὡμίλει τῷ δήμῳ.* cf. infra sub Plut.

Thuc. ib. *δυνατὸς ὢν τῷ τε ἀξιώματι καὶ τῇ γνώμῃ ... κατεῖχε τὸ πλῆθος ἐλευθέρως καὶ οὐκ ἦγετο μᾶλλον ἢ αὐτὸς ἦγε διὰ τὸ μὴ κτώμενος ἐξ οὐ προσηκόντων τὴν δύναμιν πρὸς ἡδονήν τι λέγειν, ἀλλ' ἔχων ἐπ' ἀξιώσει καὶ πρὸς ὀργήν τι ἀντειπεῖν.*

II 119, 10 *ἐπαρθέντα μὲν γὰρ τὸν δῆμον καὶ μεῖζον φρονήσαντα δεινότατον εἶναι συσεῖλαι καὶ καθελεῖν, ἀθυμήσαντα δὲ καὶ ταπεινωθέντα ἀναγαγεῖν αὖ τοῖς λόγοις καὶ μεστὸν ἐλπίδων ποιῆσαι.* II 123, 15 *τὸν δῆμον εἴ ποτ' αἴσθοιτο ὑβρίζοντα κατεῖχε.*

Thuc. ib. *ὁπότε γοῦν αἴσθοιτό τι αὐτοὺς παρὰ καιρὸν ὕβρει θαρσοῦντας, λέγων κατέπλησσεν ἐπὶ τὸ φοβεῖσθαι, καὶ δεδιότας αὖ ἀλόγως ἀντικαθίστη πάλιν ἐπὶ τὸ θαρσεῖν.*

II 150, 15 *εἴπερ ποτὲ ἄλλοτε ἤχμαζον καὶ τότε καὶ ἦν ἡ πόλις αὐτοῖς ἐπ' ἐκείνου μεγίστη*

Thuc. ib. *ὅσον τε γὰρ χρόνον προῦστη τῆς πόλεως ἐν τῇ εἰρήνῃ ... ἀσφαλῶς διεφύλαξεν αὐτὴν καὶ ἐγένετο ὑπ' ἐκείνου μεγίστη.*

Deinde Thucydidem nominat II 244, 5. ubi Periclem damnatum et multatum, paulo autem post denuo impe-

[9]) In Dindorfii editione hoc loco legitur *δουλεύειν*, quod typographi errore pro *δουλεύων* — nam hoc propter insequens vocabulum *ἄρχων* postulatur — in textum sese insinuasse videtur. Sintenis quoque l. l. p. 147 *δουλεύων* tacite in textu posuit.

ratorem esse creatum (Thuc. II 65) enarrat. cf. II 246, 10. Tum II 262, 10, ubi Cleonem ad Amphipolim exercitui Atheniensium praefuisse et Brasida mortuo a Myrcinio quodam interfectum esse tradit. (Thuc. V 10—11). Denique II 268, 5, ubi dicit: *ἐπαινεῖ δέ που καὶ τὸν Νικίαν διὰ τὸ πᾶσαν ἀρετὴν ἐπιτηδεύειν* Quibus verbis respicit ad Thuc. VII 86: *διὰ τὴν πᾶσαν ἐς ἀρετὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν.* Summis autem laudibus effert Thucydidem II 120, 10 hisce verbis: *τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ἅπαντας* (testes) *παραλείψω, πολλοὺς ἂν ἔχων εἰπεῖν, ἕνα δὲ ἀρχοῦντα παρέξομαι, Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου. ὃς οὐ μόνον τῇ τῶν λόγων δυνάμει καὶ σεμνότητι, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν πραγμάτων ἀκριβείᾳ πλεῖστον προέχειν τῶν συγγραφέων δοκεῖ.* Ceteris locis nominat Thucydidem his verbis: II 126, 1 *φησὶν ὁ ἐκείνου καλῶς εἰδώς.* II 130, 15 *φησὶν ὁ Θουκυδίδης.* II 244, 5 *ὡς ὁ αὐτὸς μάρτυς δηλοῖ, ὅπερ ἀρτίως περὶ αὐτοῦ παρειχόμεθα.* II 262, 15 *ὥς φησιν ὁ μηνυτής.*

Plerumque autem Thucydidem non nominavit. Tum eo fonte ita utitur, ut aut strictim eum tangat aut per paraphrasin ex eo hauriat. Strictim quidem eum tangit, ubi exempli gratia aliquod factum commemorat, quod lectoribus suis notum esse suspicatur, ut II 141, 10 ubi mentionem facit duplicis illius victoriae, quam Athenienses a Corinthiis reportaverunt. Thuc. I 105 sq.

II 160, 10 Plataeensium oppidum nulla causa data (a Lacedaemoniis) esse expugnatum. Thuc. II 71—79; III 20 sqq.

II 167, 15 *μὴ γὰρ ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ τῶν φίλων ἁπτώμεθα*, quae verba ad nocturnam Atheniensium in Sicilia pugnam pertinent, de qua Thuc. VII 44.

II 312, 15 Corcyraeos corpora suorum *φορμηδὸν ἐφ' ἁμαξῶν* ex oppido extulisse. Thuc. IV 48.

Sed aliis quoque locis strictim Thucydidem tangit:

II 131, 1 notum esse confidit Aristides Antiphontem adversarium Periclis fuisse Thuc. VIII 68.

II 175, 10 epigrammatis in illo tripode incisi, quem Pausanias post bellum Persarum Apollini Delphico dedicavit, et II 212, 15 tripodis ipsius mentionem facit (cf. I 148, 15). Thuc. I 132.

II 202, 10 post bellum Persarum Graecos sua sponte imperium Atheniensibus detulisse. Thuc. I 95.

II 213, 10 Phormionem ad Naupactum pugnantem *καπύοις τοῦ πνεύματος* hostes aggressum esse. Thuc. II 84.

II 216, 10 Athenienses in pugna ad Oenophyta facta egregiam victoriam reportavisse et Boeotos Locros Phocenses in potestatem suam redegisse. Thuc. I 108.

II 136, 5 Periclis *περίπλους Πελοποννήσου καὶ ἀποβάσεις πανταχοῖ τῆς πολεμίας.* Thuc. I 111; II 23; 56.

II 149, 10 Pylum expugnatam et Lacedaemonios Sphacteriae esse captos. Thuc. IV.

II 174, 15 de Pausaniae superbia et proditione patriae. Thuc. I 128—132.

II 125, 5 Eum qui Atheniensibus persuaderet, ut expeditionem in Siciliam facerent, Alcibiadem fuisse. Thuc. VI 15—16 al.

Strictim Thucydidem in Panathenaïco tangens et totam pentecontaëtiam (exceptis pugnis ad Eurymedontem factis, de quibus infra disseretur) et bellum Peloponnesiacum, quomodo inde a morte Periclis gestum sit, narrat. Thuc. I 89 sqq., Thuc. III sqq.

Permulta denique, quae ex Thucydide deprompsit, per paraphrasin transscripsit et declamationi suae inseruit, ut II 118, 15 Periclem agros suos civibus condonasse. Thuc II 13. Aristidem scivisse, qua de causa Pericles hoc fecisset, apparet ex verbis eius: *ὅτι μὲν*

καὶ τοὺς ἀγροὺς ἡφίει τῇ πόλει, παρήμιν, μή τις ἄρα εἴπῃ, ὡς φόβῳ τῆς διαβολῆς εἶδεν[10]*) αὐτό.*

ibidem. Periclem pecunia corrumpi non potuisse et divitias parvi aestimasse et ipsum de se hoc professum esse. Thuc. II 60, unde verba *χρημάτων κρείττων* repetivit. Eadem verba sive *κέρδους κρείττων* II 126, 5; 147, 1 et 15.

II 134, 1 *τοσοῦτον ἅπαντας καθεῖργεν* (sc. *Περικλῆς*), *ὥσπερ σιωπᾶν καὶ ἄκοντας αὐτῷ . . . ὥσπερ καὶ τοὺς ῥήτορας ἡσυχίαν ἔχοντας ὡς τὰ πολλὰ παρείχετο . . . καὶ μὴν οὐδὲ φθέγγεσθαί ποτε αὐτοὺς εἴα.* Hanc rem ad Thuc. II 22 formavit, ubi legitur: Pericles, cum Lacdaemonii in fines Atticos invasissent, *ἐκκλησίαν τε οὐκ ἐποίει αὐτῶν οὐδὲ ξύλλογον οὐδένα.*

II 136, 10 initium orationis Pericleae adfert: *τῆς μὲν γνώμης τῆς αὐτῆς ἀεὶ ἔχομαι, μὴ εἴκειν Πελοποννησίοις.* Thuc. I 140.

II 137, 10 Aliud Periclis dictum adfert: *ἀπέφαινέ δὲ τὴν ἰσχὺν αὐτοῖς ἐξ ἡμισείας οὖσαν πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἀνθρώπους, ὡς τοὺς μὲν ἄλλους ἄλλοθι χρηίειν, τῆς δὲ θαλάττης αὐτοὺς πανταχοῦ.*

Thuc. II 62: *ἐγὼ δὲ ἀποφαίνω δύο μερῶν τῶν ἐς χρῆσιν φανερῶν, γῆς καὶ θαλάττης, τοῦ ἑτέρου ὑμᾶς πάντως κυριωτάτους ὄντας, ἐφ' ὅσον τε νῦν νέμεσθε καὶ ἦν ἐπὶ πλέον βουληθῆτε.*

II 138, 5 de Melesippi Lacedaemonii ad Athenienses legatione. Thuc. II 12[11]).

[10]) *εἶδεν* corruptum est. Sintenis p. 148 coniecit *εἶξεν* esse scribendum sed *εἶξεν* nullo modo ferri posse puto. Fortasse *ἔδρα* aut *ἔδρασεν* legendum est.

[11]) Idem quod de hoc legato a Thucydide memoriae est proditum, Aristides I 144, 15 de Alexandro, rege Macedonum, qui a Persis legatus Athenas missus erat, narrat; nimirum memoriae errore. dicit enim Aristides: *οὐ μὴν οὐδὲ οὗτος ἐδεῖτο ἀπέστειλαν* (Athenienses Alexandrum), *ἀλλ' εἰ μὴ πρὸ ἡλίου δύοντος ἐκτὸς εἴη κτλ. καὶ ἐμὲ ἀγωγοὶ διὰ τῆς χώρας αὐτῶν ἦγον, ὅπως μήτε τις ἀκούσηται μήτε τῳ διαλέξηται.*

II 246, 1 pestilentiam quae initio belli Peloponnesiaci Athenis exarsit, describit secundum Thuc. II 49—52.

ἐνέκειντο αἱ ταλαιπωρίαι δειναὶ καὶ συνεχεῖς, καὶ τοῦτο μὲν ἡ κεφαλὴ καὶ τὰ ἐντὸς ἑκάετο, τοῦτο δ' οἱ νεκροὶ πολλοὶ νύκτα καὶ ἡμέραν ἐωρῶντο, πάντα δ' ἦν μεστὰ κυλινδομένων καὶ πιπτόντων καὶ ἀπορουμένων κτλ.

ἀντεῖχε παρὰ δόξαν ταλαιπορίᾳ, ὥστε ἢ διεφθείροντο ... ὑπὸ τοῦ ἐντὸς καύματος ... ἐξαίφνης ὑγιεῖς ὄντας πρῶτον μὲν τῆς κεφαλῆς θέρμαι ἰσχυραὶ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἐρυθήματα καὶ φλόγωσις ἐλάμβανε ... νεκροὶ δ' ἐπ' ἀλλήλοις ἀποθνήσκοντες ἔκειντο καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐκυλινδοῦντο καὶ τὰ ἱερὰ ... νεκρῶν πλέα ἦν ... ἀπώλλοντο ἔρημοι ... ἀπορίᾳ τοῦ θεραπεύοντος.

II 138, 10 sqq. Periclem cum pestilentia cives urgeret et Athenienses cum hostibus agere coepissent atque Pericli ut qui esset auctor belli, succenserent, nihilo secius a consilio ab initio capto non recessisse. Thuc. II 54; 59; cf. II 21.

II 124, 5 Periclem cives vetuisse cum hostibus decertare neque concessisse, ut maiores excursiones facerent. Thuc. II 13; II 65. Aristides autem rem exaggeravit, cum dicat Periclem cives vetuisse extra moenia progredi.

I 140, 10 *οὐδ' ἐκεῖνο ἠγνόει Περικλῆς, ὅτι νικήσας μὲν πολλῷ πλείοσιν αὖθις μαχεῖται καὶ πολλοὺς ἄλλους εὑρήσει τοὺς ἀμφισβητοῦντας τοῦ τροπαίου.* Haec referenda sunt ad Periclis verba, quae inveniuntur apud Thuc. I 143: *κρατήσαντές τε γὰρ αὖθις οὐκ ἐλάσσοσι μαχούμεθα.*

II 142, 5 *ἐάσας ἐκείνους* (Lacedaemonios) *ἐν τῇ Ἀττικῇ ληρεῖν, ἑκατὸν νεῶν ἐπίπλουν ἐξήρτυε* (Pericles)

τῇ Πελοποννήσῳ καὶ αὐτὸς ἐμβὰς ἐκόμιζε τὴν στρατιάν. . . ὥστε ἠναγκάζοντο (Lacedaemonii) *ἤδη φεύγειν ἐκ τῆς Ἀττικῆς.* Haec verba ad alteram expeditionem (Thuc. II 56) respiciunt, nam in priore Pericles non ipse classi praeerat. cf. Thucydidis verba: *ἑκατὸν νεῶν ἐπίπλουν τῇ Πελοποννήσῳ παρεσκευάζετο κτλ* Plutarchus quidem (Per. 35) dicit Periclem ad alteram expeditionem centum et quinquaginta naves exornasse. Neque hoc falsum est: nam Pericles, ut ait Thucydides l. l., cum Athenis cederet, centum naves secum habebat, sed postea quinquaginta naves, quas Lesbii et Chii mittebant, cum classe sua coniunxit. Plutarchus igitur eos numeros non disiunxit, sed complexus est.

II 149, 15 (cf. I 158, 15) Periclem initio putasse discordias legationibus tolli posse; quod cum fieri non posse intellexisset, eum statim bellum suscepisse. Hoc pendet ex eis verbis, quae Pericles apud Thuc. I 140—145 facit. Ex eadem oratione aut ex Thuc. II 61 pendet quod Aristides addit: *οὐδὲ γὰρ αὐτὸν τὸν πόλεμον πλεονεξίας ἕνεκα αὐτοῖς προελέσθαι συνεβούλευσεν, ἀλλὰ τοῦ μὴ τῶν ὑπαρχόντων ἀποστῆναι.*

II 135, 15 de Periclis in Samum expeditione. Thuc. I 116.

II 136, 1 de eiusdem contra Euboeae incolas, qui ab Atheniensibus defecerant et contra Lacedaemonios, qui illis auxilio venerant, expeditione. Thuc. I 114.

II 174, 1 Eos qui in pugna Marathonia pro patria mortui essent, in ipso campo Marathonio sepultos esse. Thuc. II 34.

I 148, 10 (post pugnam Plataeensem) *βωμὸς Ἐλευθερίου Διός, αὐτῷ τε τῷ θεῷ χαριστήριον καὶ τοῖς κατορθώμασι μνημεῖον, ἐπ' αὐτοῦ τοῦ τόπου τῶν ἔργων ἐστάθη.* Hanc aram tum in ipso pugnae loco constitutam esse nusquam scriptum invenitur. Sed Thuc. II 71 hoc tradit: (Pausanias) *θύσας ἐν τῇ Πλαταιῶν ἀγορᾷ Διὶ*

Ἐλευθερίῳ ἱερὰ κτλ. Neque dubito, quin Aristides huius loci parum recordatus illud conscripserit.

II 156, 1 (cf. I 151, 15) Qua de causa Cimon Persis bellum intulerit: *οὐδ' ἠμυνμόνησε τῶν ἱερῶν τῶν ὑπ' ἐκείνων ὑβρισθέντων.* Thuc. I 96: *πρόσχημα γὰρ ἦν ἀμύνασθαι ὧν ἔπαθον δηοῦντας τὴν βασιλέως χώραν.*

II 149, 5. Quod de pace triginta annorum, quam Athenienses anno a. Chr. n. 445 cum Lacedaemoniis fecerunt, refert, ex Thuc. I 115 deprompsit. I. 157, 15 ubi eandem rem tangit, inter ea oppida, quae Athenienses Lacedaemoniis reddebant, falso pro Nisaea Megaram nominat.

I 111, 10 Lacedaemonios contra ius gentium Plataeas expugnasse, Plataeenses oppido suo expugnato Athenas confugisse. Thuc. II 71—79; III 20 sqq. — Quod Aristides Plataeenses ab Atheniensibus civitate esse condonatos[12]) addit, Isocrates Panath. § 94 memoriae prodidit; qui liber Aristidi sine dubio notus fuit. cf. infra sub Isocr.

II 277, 1 de Niciae reipublicae administrandae ratione: eum semper summo studio Atheniensibus suasisse ut domi remanerent et pacem servarent, cum ceteri expeditionem in Siciliam esse faciendam censerent. Thuc. V; VI 8—23.

II 262, 10 (cf. I 159, 5; 162, 10) Cleonem Sphacteriae Lacedaemonios cepisse, captos Athenas transduxisse; *καὶ χρόνον προειπών, ἡνίκ' ἐξῄει, καὶ τοῦτον οὐ πλεῖστον, ἀλλ' ὅσον εἴκοσιν ἡμερῶν.* Thuc. IV 28; 38—39.

II 243, 15 de Themistoclis accusatione. Quod de hac narrat, non solum ex Thuc. I 135 (cf. I, 92), sed etiam ex Plut. Them. 19; 23 hausisse videtur Aristides. cf. infra sub. Plut.

II 233, 15 de Themistoclis ad Admetum, regem Molossorum, fuga aut Thuc. I 136 aut Plut. Them. 24

[12]) Ita enim Aristidis verba: *Ἀθηναίους ἀντὶ Πλαταιέων ἀποφήνασι* (ubs Athenarum) intellegenda esse puto.

fons fuit. Tamen verisimilius videtur esse, id ex Thucydide haustum esse: dicit enim Aristides: *ὡς Ἄδμητον ἐχθρὸν ὄντα αὐτῷ*, Thucydides: *παρὰ Ἄδμητον . . . ὄντα αὐτῷ οὐ φίλον.*

Unus restat locus, de quo sententiae hominum doctissimorum valde inter sese discrepant: II 209, 10 *ἀπελθόντων γὰρ τῶν βαρβάρων εἷς τε τὴν πόλιν ἦγεν εὐθὺς αὐτοὺς ἄνω* (Themistocles Athenienses) *καὶ συνῴκιζε κατὰ τὰ πρόσθεν καὶ μεῖζω γε τὸν περίβολον, ὡς φασιν οἱ ἐξηγηταί, ἐξήγαγε πανταχῆ.* cf. I 149, 5[13]). Reiskius enim putavit Aristidem verbis *ὡς φασιν οἱ ἐξηγηταί* testimonium periegetarum qui peregrinis urbis alicuius monumenta antiqua ostenderent et interpretarentur, adhibuisse. Idem censuit Wilamowitzius (phill. Unterss. I p. 224) qui haec dixit: es giebt noch ein Zeugniss das uns belehrt, wie die Kunde des alten Mauerzuges im II. Jahrhundert (sc. post Chr. n.) in Athen lebendig war: Aristides l. l. Contra Wilamowitzium Bauerius l. l. p. 7 contendit Aristidem hoc ex Thucydide sumpsisse, apud quem I 93 *μείζων γὰρ ὁ περίβολος παντα χῇ ἐξήχθη τῆς πόλεως* legitur.

Et recte sine dubio Bauerius iudicavit: nam cum eisdem verbis, quibus Thucydides, eandem rem expresserit Aristides, hanc ex Thucydide — ex nullo alio fonte hausit, etiamsi ipse Aristides voluerit *ἐξηγητάς* quos attulit, peregrinorum circumductores esse intellegendos. Sed mea quidem sententia ne hoc quidem voluit, sed solum Thucydidem spectavit, cum attulerit *ἐξηγητάς*, ut II 262, 15 eundem *τὸν μηνυτήν* appellavit et quod Aristides plurali forma usus est, id mirari non debemus (idem etiam II 119, 5 fecit; cf. infra p. 20). Denique etiam schol. III 640, 17 sub

[13]) Nam hunc locum qui ita sese habet: *αὐτή τε παρῆλθε τους ἀρχαίους ὅρους παντα χῇ κατ' ἀξίαν τῶν ἔργων καὶ τὴν τοῦ κύκλου προσθήκην ποιουμένη*, cum Reiskio ad murorum ambitus incrementum, non ad prolatos imperii fines refero.

ἐξηγηταῖς Thucydidem intellexit: *εἰς τὸν Θουκυδίδην αἰνίττεται· ταῦτα γὰρ ἐν τῇ πεντηκοντα ετίᾳ φησίν.* Bauerius hac de re non diserte disputavit, cum dicat: . . . Berufung auf die *ἐξηγηταί*, die eben bei Aristeides Redensart wie alles ist; et paulo post: dass damit Thucydides gemeint sei, hat schon der schol. z. d. St. gesehen.

Quod apud Trogum-Iustinum II 15, 2 legimus: „cum moenia maiora complexi fuissent", id ex eodem Thucydidis loco profectum esse iam Bauerius adnotavit.

Huic loco inserendus mihi videtur anonymus quidam. De Pericle enim eiusque vita praeter Thucydidem et Plutarchum, de quo infra dicetur, tertium quendam scriptorem adhibuit, quem II 119, 5 hisce verbis attulit: *τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ ζῆν πρὸς τὰς ἑτέρων ἡδονάς, ὥστε φασὶν οἱ γράψαντες περὶ αὐτοῦ διδασκάλου τάξιν πρὸς παῖδας πρὸς τοὺς Ἀθηναίους αὐτὸν ἔχειν, ὥσιε ἀπόντος μὲν Περικλέους ἐν ἀταξίᾳ πολλῇ καὶ ῥαθυμίᾳ τὴν ἐκκλησίαν εἶναι πολλάκις, φανέντος δὲ εὐθὺς μεταβάλλεσθαι καὶ σωφρονίζεσθαι πρὸς τὴν ὄψιν, ὥσπερ δεδιότας μή τι γνοίη Περικλῆς ὢν ἡμάρτανον.* Fortasse ad eandem originem pertinet quod II 119, 15 legimus: *τῇ μὲν χρησιότητι καὶ ταῖς ἐπιεικείαις ἐν πατρὸς ὢν τάξει τῷ δήμῳ.* Scholiasta III 448, 15 recte sensisse videtur Aristidem non ad complures scriptores respexisse, sed ad unum: *δεινῶς εἶπεν οἱ γράψαντες, πλῆθος δηλῶν ἱστορικῶν.* Sed quis fuit is auctor? Quamquam nihil de eo habeo quod proferam, tamen suspicionem, quae exiguam probabilitatis speciem prae se fert, afferre mihi liceat. Suspicor enim eum auctorem esse Eupolin. Cetera omnia quae Aristides, de Pericle rettulit, ad certum quendam fontem referre possumus, id unum restat. Adhibuit autem Aristides, ut infra demonstrabitur, Eupolidis „demos", quo in dramate Pericles eiusque de republica merita tractata erant. Itaque illa mea suspicio non a re aliena videbatur esse.

Herodotus.

Ex Herodoteïs operibus maxime usus est libris V—IX atque ita usus est, ut saepius ad verbum hunc fontem sequeretur. Nominavit Herodotum duobus locis: II 311, 1 *οὐχ Ἡρόδοτος Σόλωνα σοφισὴν κέκληκεν, οὐ Πυθαγόραν πάλιν*: Her. I 30; IV 95. et II 313, 1 *εἰ δὲ μὴ τῇ κακίᾳ τῆς φύσεως αὐτῶν* (christianorum) *καὶ τοῖς πονηρεύμασιν ἀσθένειαν καὶ ἀνανδρείαν ὁ θεὸς προσῆψεν, ἅπαντ' ἂν ἀοίκητ' ὑπ' αὐτῶν ἦν, ὥσπερ Ἡρόδοτος περὶ τῶν ὄφεων ἔφη.* Her. II 75.

Nusquam autem Horodotum nominavit, ubi quae ad historiam pertinent, ex eo repetivit, quae permulta sunt:

II 168, 15 Persarum expeditio contra Scythas suscepta. Her. IV.

I 120, 5 *τριῶν γὰρ ἐθνῶν τῶν μεγίστων ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐπιθεμένων τῇ πόλει, τὸ μὲν αὐτῷ φυγῆς τιμήσαν ἀπῆλθε, τὸ Δωρικόν* (i. e. secundum Herodotum Corinthii et post eos Lacedaemonii), *Βοιωτοὶ δὲ χερσὶν ἠτιῶντο καὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας Εὐβοεῖς ἐν Εὐβοίᾳ.* Her. V 74—77, ubi cp. 77 traditum est: Boeotis victis *τῆς δὲ αὐτῆς ἡμέρης οἱ Ἀθην. διαβάντες εἰς τὴν Εὔβοιαν κτλ.*

I 121, 1 Athenienses Ionibus, qui a Persis defecerant, auxilio venisse (Her. V 97) et Sardibus expugnatis domum rediisse (V 103). Eretrienses quos etiam Herodotus V 99 obiter tantum adfert, Aristides hoc loco silentio praeterit, adfert autem eos I 121, 5, ubi causam (*πρόσχημα*), cur Darius Graecis bellum intulerit, exponit. Her. VI 44, 94; VII 157.

Quae Aristides de legationibus illis tradit, quas Persarum reges in Graeciam miserunt, plena sunt errorum mendorumque. Herodotus VI 48 et VII 133—137 tradit bis legatos a Persis esse missos et ante secundam et ante tertiam expedetionem, sed cum iterum legati in Graeciam venissent, eos Athenas et Spartam sese non contulisse, cum ei qui paucis annis ante terram aquam-

que ab Atheniensibus Lacedaemoniisque postulavissent, in barathrum et puteum deiecti essent. Accedit Plutarchus, qui (Them. 6) omissis omnibus, quae Herodotus commemorat, de legatis hoc tantum narrat, Themistocle auctore interpretem Persarum, Graecum quendam hominem, necatum esse, *ὅτι φωνὴν Ἑλληνίδα βαρβάροις προστάγμασιν ἐτόλμησε χρῆσαι.*

Aristides autem haec narrat: II 169, 20 legatos ante secundam expeditionem Athenas venisse ibique male esse tractatos. II 184, 10 idem ante tertiam expeditionem narrat et hoc loco addit interpertem esse necatum, *ὅτι τὴν φωνὴν ὥσπερ ἄλλο τι τῷ Πέρσῃ κατὰ τῶν Ἑλλήνων ἔχρησε.* I 222, 10 ab Atheniensibus interpretem esse necatum (*ὅτι οὐδ' ἄχρι φωνῆς διακονῆσαι προσῆκον τοῖς βαρβάροις*), ceterosque legatos in barathrum esse coniectos, hoc loco aute secundam expeditionem narrat. I 130, 1 ante tertiam expeditionem legatos ab Atheniensibus esse necatos.

Unde haec Aristidis perturbatio orta sit facile intellegi potest. Hausit enim ex duobus illis fontibus quos supra novinavimus, ex Herodoto et ex Plutarcho.[14]) Herodotus autem descriptioni tertiae expeditionis inseruit Athenienses legatos Persarum necavisse, quod revera ante secundam expeditionem factum est; Plutarchus autem narrat, Themistoclem (qui in altera expeditione nondum clarus exstitit) interpretem necavisse. Itaque Aristides, si Plutarchum (qui omnino non dicit, quo tempore illud quod de interprete narrat, factum sit) sequebatur, putare poterat etiam ante tertiam expeditionem legatos Athenas venisse, quod ab Herodoto dissentit.

Nomen huius interpretis tradiderunt scholiastae neque vero unum nomen, sed alius aliud commemorant:

[14]) Bauerius p. 147 sq. unum Plutarchum esse fontem putavit; quod repudiandum mihi videtur esse, cum hoc modo errores satis explicari non possint.

III 125, 6 ei nomen Lycomedi fuisse.

III 591, 28 et 32 ei nomen Lycidae fuisse et Ionem genere eum fuisse.

III 125, 30 ei nomen Myï et genere eum fuisse Samium.

III 125, 22 idem legitur, sed nomem curruptum est; in cod. C traditum est *Μύσος*, in cod. A *Μῶς*.

Scholiasta solus, quoad equidem cognoscere potui, nomen sive nomina huius interpretis memoriae prodidit; duo tantum nomina sine dubio his scholiastarum verbis subsunt: Lycidas (sive Lycomedes) et Mys. Lycidas non dubito quin idem sit atque ille Lycidas quem Herodotus IX 4—5 tradit lapidibus iactis necatum esse ab Atheniensibus, cum Murychides legatus ad eos venisset. Scilicet scholiasta nomen huius qui ab Atheniensibus necabatur, ad interpretem transtulit, qui ipse quoque ab Atheniensibus necabatur; uterque Atheniensibus persuadebat, ut condiciones regis Persarum acciperent. Unde nomen *Μῦς* sumptum sit nescio.

Aristidem ipsum qui interpretem I 122, 10 *τῆς πόλεως ἄποικον* nominavit, alio fonte usum esse non crediderim; nam facile coniicias Persas, si cum legatis interpretem mittebant, unum ex eis Graecis misisse, quorum maiores e Graecia in Asiam emigraverant. Ei autem Graeci, qui in Asia habitabant, Aristidi omnino Iones erant; eidem autem Ionum generi Athenienses adnumerabantur. Itaque illum suo iure *τῆς πόλεως ἄποικον* nominare potuit nullo alio fonte adhibito.

Quod I 121, 15 profert: *ἡ τῶν κηρύκων περίοδος ἡ γιγνομένη κατὰ τὴν Ἑλλάδα ὑπ' ἐκείνου* (sc. *Δαρείου*) *τε καὶ τοῦ μετ' ἐκεῖνον βασιλέως περὶ τῆς γῆς καὶ τοῦ ὕδατος ἀπὸ ταύτης τῆς πόλεως ἤρχετο* (ab Athenis), id finxisse Aristides mihi videtur, ut demonstraret illud bellum non contra Graecos omnes, sed contra Athenienses esse gestum.

Quod I 130, 1 dicit *οὐκ ἐδεήθη ψηφίσματος πρὸς*

ταῦτα ἔτι, ἀλλ' ὥσπερ ἑνὸς κοινοῦ νενικηκότος τοῦ πρὸς Λαρεῖον, μηδένα ἀκούειν τῶν βαρβάρων, πρὶν ἐκκλησίαν ἀποδοῦναι, ἀφανίζει τοὺς ἀγγέλους αὐτῇ σκευῇ καὶ ποικίλμασι — cuius rei nullus auctor nentionem fecit — rhetorica exornatio mihi videtur esse. Similia I 123, 15 inveniuntur, ubi de Atheniensibus in pugnam Marathoniam progredientibus dicit: ἡ δὲ πόλις πομπὴν ἀγούσῃ προσεῴκει μᾶλλον ἢ πρὸς ἀγῶνα κοσμουμένῃ. ἱερά τε γὰρ πάντα ἀνέῳγε καὶ τὰ τῶν ἱερέων γένη συνῆγε καὶ διεπρεσβεύετο πρὸς τοὺς θεοὺς τὸν ἀρχαῖον τρόπον, συμμάχους τε καλοῦσα καὶ ἡγεμόνας ποιουμένη et paulo post, ubi iter ab Atheniensibus in campum Marathonium factum describit.

I 128, 1 eas minas, quas Persarum rex per legatos in Graecos iactat, ex diversis Herodoti locis sumpsit. Her. VII 35; 8; 49; V 102.

ἀϱχϱὸν γάϱ, ὥς γ' ἔφη Δημ., οὓς οὐδ' ἂν τῶν ἐχθϱῶν καὶ τῶν πολεμίων οὐδεὶς ἂν ἀποστεϱήσειε τῶν εὐφημιῶν, τούτους ὑφ' ἡμῶν, ὅτι ποϱσήκομεν αὐτοῖς, μὴ τῆς γιγνομένης αἰδοῦς καὶ φιλανθϱωπίας τυγχάνειν.	*τοὺς τεθνεῶτας δὲ οὐδὲ τῶν ἐχθϱῶν οὐδεὶς ἔτι μισεῖ.*

Canterus, qui in adnotatione Aristidem hunc locum ex orat. de falsa leg. sumpsisse adnotat, erravisse mihi videtur.

Cetera, quae ex Demosthene deprompsit, ita adfert, ut eum auctorem esse non addat.

II 298, 10 *ὁ μὲν τοῦ Σόλωνος νόμος οὐδὲ νόμον ἐπ' ἀνδϱὶ γϱάφειν ἐᾷ.* Non totam legem attulit Aristides, sed partem eius. Lex integra haec est: *μηδὲ νόμον ἐπ' ἀνδϱὶ ἐξεῖναι θεῖναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις.* Ita legitur apud Dem. in Arist. 86 et in Tim. 59; deinde etiam apud Andoc. de myst. 87. Alterutrum igitur ex his duobus scriptoribus adhibuit Aristides: utrum adhibuerit, non constat. cf. infra p. 55.

II 302. 5 *ἐνθυμηθῶμεν δὴ καὶ τὸν τοῦ Σόλωνος νόμον, ὡς ἥμεϱος, μὴ λέγειν κακῶς τὸν τελευτήσαντα, μηδ' ἂν αὐτὸς ἀκούσῃ ὑπὸ τῶν αὐτοῦ παίδων.* Eandem legem attulit Dem. Lept. 104: *καὶ μὴν κἀκεῖνος τῶν καλῶς δοκούντων ἔχειν νόμων Σόλωνός ἐστι, μὴ κτλ.*

II 173, 15 *καὶ μὴν εἰ μηδὲν ἄλλο τις εἶπεῖν εἶχε Μιλτιάδου, μηδὲ ἦν εὑϱεῖν πολλὰ καὶ σεμνά, ἐξαϱκεῖν ἂν ἔμοιγε δοκεῖ τὸ ψήφισμα ἀντ' εἰκόνος αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ἅπασιν εἶναι.* Itaque hoc psephisma Miltiadis insigne facinus fuit. II 164, 5 idem psephisma adfert addens: *ὃ παϱ' αὐτοὺς τοὺς κινδύνους συνεγϱάψατο.* Miltiades igitur illud psephisma tulit, cum Persae ad Marathonem naves appulissent. — Huius psephismatis Herodotus ne uno quidem verbo mentionem facit. Primus et unus, qui (sc. praeter Aristidem) hoc psephisma commemoravit, est Dem., qui de falsa leg. 303 haec dicit: *τὸ Μιλτιάδου καὶ Θεμιστοκλέους ψήφισμα.* Sed hic connexus satis docet, quale psephisma Demosthenes in animo habuerit: Themistocles enim, cum Persae appropinquarent, psephisma illud tulit, de quo Arist. II 192, 1; I 139, 10; Plut. Th. 10; Her. VIII 41. (cf. supra p. 42 sq.). Simile psephisma ex Demosthene colligere debemus a Miltiade esse latum, cum Persae advenissent. Idem etiam Aristides collegit. Argumentum huius psephismatis neque Aristides neque Demosthenes memoriae prodiderunt; schol. autem III 542, 15 accuratius exposuit: *ἐπιόντων γὰϱ τῶν Πεϱσῶν ἔγϱαψε μὴ πεϱιμεῖναι τοὺς Ἕλληνας, ἀλλὰ καταλεῖψαι τὴν πόλιν τῇ* (sic cod. Ox.) *θεῷ, πϱεσβύτας δὲ καὶ γυναῖκας φυλάττειν τὰ τείχη, τὴν δὲ νεότητα πᾶσαν ἐπὶ Μαϱαθῶνα δϱαμεῖν.* Sed haec facile ex Herod. fingi poterant et sine dubio ficta sunt; urbem in fidem et tutelam Minervae esse traditam sine dubio ex Themistoclis psephismate repetitum est (cf. Plut. Them. 10).

Facile credideris hoc Miltiadis psephisma, praesertim cum Herodotus silentio praetereat, fictum esse a Demosthene. Sed et Demosthenes auctor veritatis amantissimus est et ex sententiarum connexu illius loci (de f. leg. 303) patet revera tale psephisma Miltiadis in publico tabulario Athenis fuisse.

Arthmium, Pythonactis filium, tribus locis commemorat:

II 218, 1 . . . *ἡ στήλη, ἣν ὕστεϱον τούτων* (sc. post bellum Persarum) *ἔστησαν, λέγουσαν τάδε, Ἄϱθμιον τὸν Πυθώνακτος τὸν Ζελείτην ἄτιμον καὶ πολέ-*	Dem. Phil. III 41 sqq.: *γϱάμματα τῶν πϱογόνων τῶν ὑμετέϱων, ἃ κεῖνοι κατέθεντο εἰς στήλην χαλκῆν γϱάψαντες εἰς ἀκϱόπολιν . . . Ἄϱθμιος, φησίν, ὁ Πυθώνακτος Ζε-*

μιον εἶναι τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων αὐτὸν καὶ γένος, ὅτι τὸν ἐκ Μήδων χρυσὸν εἰς Πελοπόννησον ἤγαγεν. ... (Themistocles) τὸν κομίσαντα τὸ ἐκ Μήδων χρυσίον πολέμιον τῆς πόλεως ἀνέγραψε, κἄν τις ἀποκτείνῃ, μὴ εἶναι δίκας . . . ταύτην τὴν στήλην καθιέρωσαν Ἀθηναῖοι τῇ θεῷ παραστήσαντες τῷ ἀγάλματι τῷ Μαραθωνόθεν. II 303, 5 Θεμ. μὲν Ἄρθμιον ἐστηλίτευσεν, ὅτι τὸν ἐκ Μήδων χρυσὸν εἰς Πελοπ. ἤνεγκε. I 190, 10 ὃν, ἐπεὶ τῷ βασιλεῖ διακονῶν χρυσίον ἤγαγεν εἰς Πελ., πολέμιον τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων ἐψηφίσαντο αὐτὸν καὶ γένος καὶ ἀτίμους.

λείτης ἄτιμος καὶ πολέμιος τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων αὐτὸς καὶ γένος . . . ὅτι τὸν χρυσὸν τὸν ἐκ Μήδων εἰς Πελ. ἤγαγεν . . . ἐκεῖνοι Ζελείτην τινὰ Ἄρθμιον δοῦλον βασιλέως (ἡ γὰρ Ζέλεια ἐστι τῆς Ἀσίας) ὅτι τῷ δεσπότῃ διακονῶν χρυσίον ἤγαγεν εἰς Πελ., οὐκ Ἀθήναζε, ἐχθρὸν αὑτῶν ἀνέγραψαν καὶ τῶν συμμάχων αὐτὸν καὶ γένος καὶ ἀτίμους. Τοῦτο δ' ἐστὶν οὐχ ἥν ἄν τις οὕτωσὶ φήσειεν ἀτιμίαν· τί γὰρ τῷ Ζελείτῃ, τῶν Ἀθηναίων κοινῶν εἰ μὴ μεθέξειν ἔμελλεν; . . . ἀλλ' ἐν τοῖς φονικοῖς γέγραπται νόμοις, ὑπὲρ ὧν ἄν μὴ διδῷ φόνου δικάσασθαι . . . τοῦτο δὴ λέγει καθαρὸν τὸν τούτων τινὰ ἀποκτείναντα εἶναι. de falsa leg. 272: παρὰ τὴν χαλκῆν τὴν μεγάλην Ἀθηνᾶν ἐκ δεξιᾶς ἕσηκεν (sc. ταῦτα τὰ γράμματα λέγοντα Ἄρθμιον τὸν Πυθ. τὸν Ζ. ἐχθρὸν εἶναι κτλ.), ἣν ἀριστεῖον ἡ πόλις τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμου . . . ἀνέθηκεν.

Plut. Them. 6: . . . τὸ

περὶ Ἄρθμιον τὸν Ζελείτην. Θεμιστοκλέους γὰρ εἰπόντος καὶ τοῦτον εἰς τοὺς ἀτίμους καὶ παῖδας αὐτοῦ καὶ γένος ἀνέγραψαν, ὅτι τὸν ἐκ Μήδων χρυσὸν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκόμισε.

Ad hanc igitur rem enarrandam duos Demosthenis locos adhibuit, Phil. III 41 sqq. et de f. leg. 272. Ea quae Aristides II 218, 1 initio exposuit, ad verbum consentiunt cum. Phil. III 42; quae I 190, 10 leguntur, ad verbum consentiunt cum Phil. III 43, ita ut illo loco secundum Phil. III 42 τὸν χρυσόν, hoc loco secundum III 43 τὸ χρυσίον dixerit Aristides.[20]) — Eum qui Arthmium necavissit, accusatione capitis vacaturum esse, hausit ex Dem. Phil. III 44. — Quod Aristides de loco illo, ubi haec statua fuerit, tradit, ex Dem. de f. leg. 272 repetivit. Themistoclem denique auctorem condemnationis Arthmii fuisse, quod Aristides II 218, 5 et 303, 5 tradit, ex Plut. Them. 6 deprompsit. Id non dubitandum est, nam vocabula ἀνεγράψε et τὸν κομίσαντα[21]) et apud Aristidem et apud Plutarchum inveniuntur.

Aristidem cum de Arthmio conscriberet, Demosthenem adhibuisse, plane fugit Bauerium p. 151.

Lysias.

II 292, 15 ὥσπερ ἔφη Λυσίας, κοινὸν ἑαυτὸν εἶναι φίλον τῆς πόλεως. Baiter et Sauppe oratt. Att. ed. Tur. frg. 296.

---

[20]) Id unum miror quod cum Dem. Phil. III 42 et 43, de f. leg. 271, tribus igitur locis, dixerit πολέμιον τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων, Aristides foederatos silentio praeteriit. Tamen dubito, num hinc aliquid de textu Demosthenis colligi possit.

[21]) Ceteris locis Aristides secundnm Demosthenem vocabula ἤγαγεν sive ἤνεγκεν usurpavit.

II 311, 5 *οὐ Λυσίας Πλάτωνα σοφιστὴν καλεῖ καὶ πάλιν Αἰσχίνην;* Baiter et Sauppe frg. 281.

Utrumque fragmentum soli Aristidi debemus; sed neutrum certae orationi Lysiae adscribi potest.

In oratione *περὶ τοῦ παραφθ.* II 384, 15 sqq. complura alia fragmenta Lysiae inveniuntur, quae etiam apud Scheibium in ed. Teubn. Lysiae frg. 13, 14, 15 leguntur.

Isocrates.

II 311, 5 *αὖθις δ' Ἰσοκράτης (οὐ προσείρηκε) σοφιστὰς μὲν τοὺς περὶ τὴν ἔριν καὶ τούς, ὡς ἂν αὐτοὶ φαῖεν, διαλεκτικούς, φιλόσοφον δ' ἑαυτὸν καὶ τοὺς ῥήτορας καὶ τοὺς περὶ τὴν πολιτικὴν ἕξιν φιλοσόφους;* Nescio an Isocrates hoc in orat. *κατὰ τῶν σοφ.* exposuerit, in qua mores rhetorum et philosophorum depingit: cf. § 1 *τίς γὰρ οὐκ ἂν μισήσειεν ἅμα καὶ καταφρονήσειε πρῶτον μὲν τῶν περὶ τὰς ἔριδας διατριβόντων.* § 20: *τῶν περὶ τὰς ἔριδας καλινδουμένων.* ib: *ἐκεῖνοι δ' ἐπὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους παρακαλοῦντες.* In eo autem fragmento huius orationis, quod ex antiquitate accepimus, nihil inest eorum Isocratis verborum quae Aristides attulit. Pono igitur Isocratem in ea orationis parte quae periit, illis verbis usum esse.

II 281, 15 (Plato) *τὸν Στησίχορον μιμούμενος τῇ παλινῳδίᾳ.* Fortasse de hoc carmine ab Isocrato instructus est, qui idem carmen commemoravit *Ἑλένῃ* § 64; tamen cum hoc Stesichori carmen omnium clarissimum et notissimum fuerit, Aristidi notitia huius carminis etiam aliunde, fortasse ex ipso Stesichoro fuisse potest.

Alium Isocratis locum ex eius Panathenaïco transscriptum vide supra p. 18.

Andocides.

II 149, 1 *οὔτε γὰρ τοὺς φόρους Περικλῆς εἰς ἄπειρόν ἐστιν ὁ ἐξαγαγών. ἀλλὰ καὶ ταύτης ἀμετρίας, ὦ φίλε Σώ-*

κρατες, εἰ ζητοίης τὸν αἴτιον, τὸν ἑταῖρον εὑρήσεις τὸν σεαυτοῦ (sc. Alcibiadem). *ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ πρὸς τοσοῦτον προαγαγὼν τοὺς φόρους, ὅσον οὐδὲ βουλομένοις φέρειν ἐξῆν.* Hac de re praeter Aristidem solus Andocides sive potius scriptor orationis in Alcibiadem habitae, quae falso Andocidi vindicata est, memoriae prodidit § 11: *πρῶτον μὲν οὖν πείσας ὑμᾶς τὸν φόρον ταῖς πόλεσιν ἐξ ἀρχῆς τάξαι τὸν ὑπ' Ἀριστείδου πάντων δικαιότατα τεταγμένον, αἱρεθεὶς ἐπὶ τούτῳ δέκατος αὐτὸς μάλιστα διπλέσιον αὐτὸν* (nam quod in ed. Blassii legitur *αὑτὸν*, typographi errore sine dubio in textum sese insinuavit) *ἑκάστοις τῶν συμμάχων ἐποίησεν.* Ultrum Aristides ex hoc fonte hauserit necne, certo iudicio disceptari nequit. Sed cum omnes oratores noverit Aristides, facile cogitari potest eum etiam hunc Andocidis locum adhibuisse.[22])

II 298, 10 legem Solonis adfert, quam integram et Dem. et Andoc. de myst. 87 tradiderunt. cf. supra p. 50.

II 143, 15 Aristidem iustissime tributa sociis distribuisse, aut ex Plut. Arist. 24 aut ex Andoc. in Alcib. 11 repetitum est. cf. supra p. 47.

Aeschines

vide infra in app.

---

[22]) Gaudeo, quod postquam hoc conscripsi, invenio virum doctissimum U. Koehlerum (Abhdl. der Berl. Akad. 1869 p. 151) eandem sententiam professum esse: Nichts gebietet anzunehmen, dass die beim rhetor Arist. und in den scholl. z. d. St. erhaltene Nachricht, dass Alcibiades die Tribute verdoppelt habe, aus einer anderen Quelle geflossen sei, als aus der pseudo-andoc. Rede. Der in den scholl. erhaltene Zusatz, die Bündner seien genötigt gewesen, ihre Kinder zu verkaufen, um den Tribut zahlen zu können, ist eine geistreiche Steigerung des in der Rede Behaupteten, die Bündner seien genötigt gewesen, nach Thurioi auszuwandern. Dagegen verdient darauf aufmerksam gemacht zu werden, dass in Plutarchs Lebensbeschreibung des Alcib. der Erhöhung der Tribute mit keinem Worte gedacht wird.

Poëtae.

Ut omnes fere rhetores, ita Aelius quoque Aristides declamationes suas multis locis e poëtis depromptis exornavit. Imprimis autem ex

Homeri

carminibus hausit, quae saepissime adhibuit, ut II 255 usque ad II 259 quattuordecim locos Homericos attulit. Iliadem multo saepius adhibuit, quam Odysseam, ex Iliade enim in decl. nostra duo et quadraginta, ex Odyssea quattuor locos repetivit. Triginta duobus locis Homerum fontem nominavit; tamen etiam aliis locis, ut II 133, 10; 139, 10; 154, 1, a quovis lectore, etiamsi nomen poëtae non additum est, Homerum fontem fuisse facile intellegitur. Aliis locis id non confestim intellegitur, ut II 183, 20: *ἐνταῦθά μοι σκέψαι τὰ τοῦ Θεμιστοκλέους δόγματα*

ἔνθ' ὅ τε δειλὸς ἀνὴρ ὅς τ' ἄλκιμος ἐξεφαάνθη.

Is versus legitur Il. XIII 278.

II 259, 15 *οὐδ' ἂν κατέκλυζεν ἡμᾶς τῶν πίθων ἄτερος*. hoc referendum est ad Il. XXIV 527 sq.

II 307, 5 *περιέρχονται δὲ ἄλλως βροτῶν εἴδωλα καμόντων*. Il. XXIII 72.

II 310, 10 Thersites, homo corpore deformis, opponitur Hyacintho et Narcisso, qui propter insignem pulchritudinem in magna gloria erant. Thersites depingitur Il. II 216 sqq., quem locum Aristides etiam II 133, 5 attulit.

ib. Lycaon, Priami filius, qui tam erat ignavus, ut cum in pugna Achilli obviam veniret, eum rogaret, ut sibi parceret, opponitur fortissimo Priami filiorum, Hectori. De Lycaone scripsit Homerus Il. XXI 34 sqq.

ib. Battus lingua haesitans (cf. supra p. 32) opponitur Stentori, illi magna voce clamanti. De Stentore cf. Il. V 785.

II 210, 5 *ὁ δέ γε Βελλεροφόντης . . . ὥς φασιν οἱ ποιηταί, τὴν χίμαιραν ἐχειρώσατο . . . εἰς τὸν ἀέρα ἀναβὰς ἐπὶ τοῦ Πηγάσου, καὶ ὅμως οὐκ ἔδοξε δειλὸς εἶναι, ὅς γε καὶ λόχους ὅλους διαφθείρειν ἐδόκει δύνασθαι.* Haec Bellerophontis facinora tradidit Homerus Il. VI 179—190; neque tamen quicquam de Pegaso dicit, quod facit Pindarus Ol. XIII 96.

Unus restat locus II 292, 10: *οὐ πρὸς ἡμέρων ταῦτα* (sc. omnia quaecumque vitam humanam exornant et instruunt, tolli) *καὶ δικαίων, ὥς φασιν οἱ πρῶτοι τῶν Ἑλλήνων Ὅμηρος καὶ Πλάτων.* Iam Reiskius adnotavit, se non repperisse, quo loco Homerus *ἥμερον καὶ δίκαιον ἄνδρα* dixisset. Neque ego repperi. Itaque Aristidem hoc loco erravisse putaverim.

Hesiodus.

Ex Hesiodi operibus *ἔργα* quater adhibuit:
II 134, 10 Hes. *ἔργα* 493.
II 150, 10 „ „ 763 sq.
II 171, 15 „ „ 122 sq.
II 307, 5 adumbrat v. 303 sq.

Orphica.

II 129,1 Adfert Orphicum illud: *θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις πᾶσιν ὁμοῦ.* Hermanni Orph. aposp. 1.

Alcaeus.

II 207, 1. *τὸν λόγον . . ὃν πάλαι μὲν Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς εἶπεν, ὕστερον δὲ οἱ πολλοὶ παραλαβόντες ἐχρήσαντο, ὡς ἄρα οὐ λίθοι οὐδὲ ξύλα οὐδὲ τέχνη τεκτόνων αἱ πόλεις εἶεν, ἀλλ' ὅπου ποτ' ἂν ὦσιν ἄνδρες αὐτοὺς σώζειν εἰδότες, ἐνταῦθα καὶ τείχη καὶ πόλεις.* Idem etiam in Rhod. I 555, 20 legitur. Ex scholiastae sententia III 637, 8 Aristides eis verbis: *ὃν . . . ὕστερον οἱ πολλοὶ παραλ. ἐχρήσαντο*, ad Platonem respicit, qui

hoc Alcaei dictum de leg. VI 778 D attulit. Bergk frg. 23.

II 138, 1 *ὁ Κρὴς δὴ τὸν πόντον* (sc. *ἀγνοεῖ*). Recte schol. III 490, 9 indicat Cretensem illum negantem se mare nosse in proverbio fuisse. Tribuitur autem hoc dictum Alcmani ab eodem hoc schol. l. l., a Zenobio V 30 Alcaeo. Utrum Aristides alteri horum poëtarum notitiam illius dicti debeat, an ex vulgari sermone hauserit, dici nequit. Bergk frg. 115.

Archilochus.

II 293, 15 (Archilochus) *τὸ πάντων ἔξοχον καὶ δυσχερέστερον εἶδος τῆς ποιήσεως μετεχειρίζετο, τοὺς ἰάμβους.*

II 294, 1 *Λυκάμβην καὶ Χειδὸν καὶ τὸν δεῖνα τὸν μάντιν καὶ τὸν Περικλέα τὸν καθ' αὑτόν, οὐ τὸν πάνυ καὶ τοιούτους ἀνθρώπους ἔλεγε κακῶς.* Lycambae et Periclis nomina extant in frgg. 28, 94; 9, 16 (Bergk). Sed quis fuerit Cheidus et quis *ὁ δεῖνα ὁ μάντις* nescio. Bergkius hunc locum inter fragmenta Archilochi non attulit.

II 307, 5 (christiani circumeunt) *Ἀρχιλόχου πίθηκοι, δύο μορφὰς ἔχοντες ἀντὶ τριῶν, τῆς τραγικῆς βοὸς τῶν ἱματίων τῶν ἠτημένων οὐδὲν διαφέροντες.* Hunc locum subobscurum interpretatus est schol. III 728: *Ἀρχ. πιθ.*] *ἐπειδὴ μιμητικὸν τὸ ζῶον· μιμοῦνται γὰρ οὗτοι φιλοσόφους, οὐκ ὄντες φιλόσοφοι.* Jactant igitur christiani nomen philosophorum. Deinde schol. pergit: *δύο μορφὰς—βοὸς*] *. . . πολυειδὲς πεποίηται δρᾶμα Εὐριπίδης, ἐν ᾧ βοῦν τρίχρωμον* (sic. cod. Ox.) *ποιεῖ εὑρῆσθαι, περὶ οὗ γέγονεν αὐτοῖς φιλονεικία βασιλείας.* Idem legitur III 729, 8. — Itaque ex scholiastae sententia vocabula: *δύο μορφὰς ἔχοντες ἀντὶ τριῶν* non ad *Ἀρχιλόχου πίθηκοι*, sed ad vocem supplendam *χριστιανοί* referenda sunt et pertinent ad verba insequentia. Haec igitur Aristides sententia videtur esse: christiani simiis similes sunt, cum philosophos imitentur; habent enim duas naturas christiani,

unam eorum revera propriam, alteram, quam imitantur, philosophorum. Comparari igitur possunt cum illo bove tribus coloribus conspicuo, qui in tragoedia in scenam inducitur; hoc tantum interest, bovem tres colores, christianos duos habere. Inter fragmenta autem Archilochi servatum est initium carminis cuiusdam, quo simia inducitur: frg. 89, de quo Bergkius: „Initium huius narrationis videtur imprimis convenire cum fabula Aesopia de simia et vulpe, quam Babrius paucis illustravit, ubi simia mendax maiorum suorum monumenta iactat“. Hoc satis est: Christiani igitur mendaces philosophorum nomine se iactant. Quodsi Bergkius pergit se ex hoc Aristidis loco coniicere Archilochum de simia etiam alias fabulas suis carminibus inseruisse; Aristidis verba spectare ad fabulam de simia leonina pelle induta (Luc. Philops. cp. 5), sive potius ad simias pyrrhichen saltantes (fab. Aes. 360 ed. Halm.; Babrii novarum fab. syll. 78 ed. Lewis), hoc supervacaneum mihi videtur esse. — Fundamentum, quo nixi certum aliquid colligere possimus non habemus; itaque solo scholiasta confidere debemus.

Huic loco inserendum mihi visum est, quod Aristides de Calonda, qui Archilochum interfecit, tradidit:

II 293, 15 *οὐδ' ἂν ὅ γε Ἀπόλλων ἱστάναι χοροὺς προσέταττεν, εἰ πάντη φαῦλον ἦν, οὐδέ γε, ὃ τούτου μεῖζόν ἐσιι, τὸν ἀποκτείνανια Ἀρχίλοχον ἐξεῖργεν ἂν τοῦ νεώ, φάσκων οὐκ εἶναι καθαρόν, καὶ ταὐτ' ἐν πολέμῳ τοῦ φόνου συμβάντος. ἀλλ' ὅμως ἐτίμησε τὸν Ἀρχίλοχον καὶ Μουσάων γε θεράποντα προσεῖπεν.* Nomen igitur Calondae non attulit Aristides. — De eodem hoc homine rettulit Plutarchus de sera num. vind. cap. 17: *τίς ὁ Κόραξ οὗτος; ὡς ἐμοὶ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ ὄνομα ξένον.*[23]) — *Οὐ-*

[23]) Quod traditum est hoc loco *τὸ ὀνομαζόμενον ξένον* valde abhorrere videtur a sensu. Nam *τὸ ὀνομαζόμενον* (i. e. id cuius mentio facta est) idem est atque *τὸ πρᾶγμα*; patet autem ex verbis eius,

δαμῶς, εἶπον, ἀλλ' αἴτιος ἐγώ, παρωνύμῳ χρησάμενος ἀντὶ τοῦ ὀνόματος. Ὁ γὰρ ἀποκτείνας ἐν τῇ μάχῃ τὸν Ἀρχίλοχον ἐκαλεῖτο Καλώνδης, ὡς ἔοικεν· ἦν δ' αὐτῷ Κόραξ ἐπωνύμιον. ἐκβληθεὶς δὲ τὸ πρῶτον ὑπὸ τῆς Πυθίας ὡς ἱερὸν ἄνδρα τῶν Μουσῶν ἀνῃρηκώς, εἶτα κτλ. — Aristidem hunc Plutarchi locum nosse contendere non ausim. Fortasse uterque ad eundem fontem — coniicias Archilochi vitam eius carminibus praemissam — pertinet.

Solon.

II 279, 1 καίτοι Σόλων τὰ μὲν εἰς Μεγαρέας ἔχοντα ᾄσαι λέγεται, τοὺς δὲ νόμους οὐκ ᾔδε ⌊περιών, οὐδὲ τοὺς λόγους τοὺς ὑπὲρ τῶν εὐπόρων πρὸς τὸν δῆμον, οὐδὲ τοὺς ὑπὲρ τῶν πολλῶν πρὸς τοὺς πλουσίους οὐκ ᾔδεν, οὐδ' ὅσα ἄλλα ἐπολιτεύετο, οὐκ ᾄδων οὐδ' ἐν μέτροις ἐπολιτεύετο, ἀλλὰ τῷ τῆς ῥητορικῆς τύπῳ καθαρῶς χρώμενος. Initium carminis in Megarenses compositi Plut. Sol. 8 memoriae prodidit. Bergk. frg. 1.

Ceterum cf. p. 50 et 55.

Simonides.

II 143, 5 ὅρα μὴ λέοντα ξυρεῖν ἐπιχειρῶμεν (Plat. resp. I 341 C.) . . . καὶ φανῇ τι καὶ δειλίας, εἰ δὲ βούλει, σιωπῆς ἀκίνδυνον γέρας, ὥς τις τῶν Κείων ἔφη ποιητής. Schol. III 501, 10, 16, 23 σιωπῆς ἀκίνδυνον γέρας Simonidi auctori tribuit. Atque fuit praeclarum Simonidis dictum, quod a permultis auctoribus ex antiquitate traditum est. Bergk frg. 66. — Scholiasta autem paulo ante adnotat: τὸ δειλίας γέρας ἀκίνδυνον Σοφοκλῆς ἐν

---

qui interroganti respondet, de nomine Coracis esse quaesitum. Itaque quod sententiarum connexu postulatur: ὄνομα scripsi. Quomodo corruptela orta sit, facile demonstrari potest: scriptor quidam librarius vocem ξένον dupliciter posuit; alius scriptor, cum dittographiam inveniret, ex

τὸ ὄνομα ξένον ξένον

fecit τὸ ὀνομαζόμενον ξένον.

Αἴαντι τῷ μαστιγοφόρῳ λέγει· Αἴας γὰρ εἰ δειλὸς ἦν καὶ μὴ θρασύς, εἴληφεν ἂν γέρας τῆς δειλίας τὸ μὴ κινδυνεῦσαι αὐτοχειρίᾳ. In nostris autem Sophoclis libris mss. nihil huius rei inest; itaque scholiastam in hac quidem re erravisse arbitror.

II 160, 10 Platonem, qui Miltiadem aliis locis (Gorg. 516 D) vituperaverit, Μιλτιάδην τὸν ἐν Μαραθῶνι dicere. καίτοι τοῦτό ἐστιν ἐγγυτέρω θρήνου τινὸς ἢ μέμψεως καὶ τιμῶντος μᾶλλον ἢ κακίζοντος, ὥσπερ οὗς Σιμωνίδης εἰάθει τιμᾶν ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν. Unum ex his epigrammatis attulit schol. III 533, 8, quod apud Bergkium frg. 129 legitur. — Vide etiam infra in app.

Pindarus.

II 125, 10 πέπονθας ταὐτὸν τῷ Πινδάρου Πηλεῖ, ὃς τῆς ιε θήρας διήμαρτε καὶ τὸν Εὐρυτίωνα φίλτατον ὄντα ἑαυτῷ προσδιέφθειρε. Cf. schol. III 463, 25: ἐν ὕμνοις Πίνδαρος μέμνηται, ὅτι τὸν Εὐρυτίωνα τὸν τοῦ Ἴρου τοῦ Ἄκτορος παῖδα, ἕνα ὄντα τῶν Ἀργοναυτῶν, συνθηρεύοντα ἄκων ἀπέκτεινε Πηλεύς. Bergk frg. 48.

II 256, 10 ἀλλὰ κἀνταῦθα τὸ τοῦ Πινδάρου κρατεῖ· πάνυ γὰρ μετ' ἀληθείας τοῦτ' ἐκεῖνος ὕμνησεν· ἐν ἔργμασι δὲ νικᾷ τύχα, οὐ σθένος. Idem fragmentum etiam de rhet. II 29, 5 sine poëtae nomine legitur. Bergk. frg. 38.

II 260, 5 καίτοι τίς οὐκ ἂν φήσειεν οὕτωσὶ πολλὴν εἶναι τὴν ἀλογίαν, ὄντα μὲν αὐτὸν (sc. Palamedem) κυριώτερον τοῦ Ὀδυσσέως εἰς σοφίας λόγον, ὡς ἔφη Πίνδαρος. Becgk frg. 260.

II 296, 1 ἀλλ' ὅτι κἀν τοῖς ὕμνοις διεξιών περὶ τῶν ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ συμβαινόντων παθημάτων τοῖς ἀνθρώποις καὶ τῆς μεταβολῆς τὸν Κάδμον φησὶν ἀκοῦσαι τοῦ Ἀπόλλωνος μουσικὰν ὀρθὰν ἐπιδεικνυμένου. Bergk frg. 32.

II 188, 1 (Themistoles) οὔτε λόγους ἀσχήμονας εἰπὼν οἶμαι . . . οὔτε ἔργα φαῦλα ἀποδειξάμενος, ἀλλ' ὡς

φησι Πίνδαρος, χρηπῖδα τῆς ἐλευθερίας τοῖς Ἕλλησι βαλόμενος. Bergk frg. 77. Aristides, qui hunc versum non ex ipso Pindaro, sed ex Plut. Th. 8 deprompsit, poëtae verba minus accurate attulit. Nam Pindarus de omnibus Atheniensibus hoc praedicaverat:

Ὅθι παῖδες Ἀθαναίων ἐβάλοντο φαεννὰν
χρηπῖδ' ἐλευθερίας.

Aristides autem Pindari versus ita mutavit, ut ad solum Themistoclem pertinerent. cf. supra p. 40.

II 172, 5: οἶμαι δ' ἔγωγε καὶ τὸν Ἡρακλέα καὶ τὸν Πᾶνα . . . Μιλτιάδῃ μάρτυρας ἀξιόχρεως τῆς ἀνδρείας τῆς ἐκείνου . . . εἶναι καὶ φέρειν οὐκ ἐλάττω τοῦτο Μιλτιάδῃ φιλοτιμίαν εἰς ἅπασαν τὴν πολιτείαν ἢ Πινδάρῳ ⟨ φασὶν ⟩ [24]) εἰς τὴν μουσικὴν τὸ τὸν αὐτὸν τοῦτον θεὸν ὀρχήσασθαί τι τῶν ᾀσμάτων αὐτῷ. Hoc in vitis Pindari accuratius exponitur. cf. Westermann biogr. Gr. p. 92, 97, 99.

Aeschylus.

II 292, 15 μὴ μὲν οὖν ἔμοιγε κατ' Αἰσχύλον μήτε παρασπιστὴς μήτ' ἐγγὺς εἴη, ὅστις μὴ φίλος τῷ ἀνδρὶ τούτῳ μηδὲ τιμᾷ τὰ πρέποντα. Apud Nauckium: tragicorum Graec. fragg. frg. 296: Poëtae verba Hermannus ita restituit:

μὴ παρασπιστὴς ἐμοί
μηδ' ἐγγὺς εἴη.

II 176, 15 οἶμαι δὲ κἂν ἐν θεῶν δικασηρίῳ Μιλτιάδην κρινόμενον ἅπασαις (sc. ψήφοις) ἀποφυγεῖν, οὐχ ὥσπερ τὸν Ὀρέστην φασὶ τὰς ἡμισείας μεταλαβόντα, εἰκότως ὁ μὲν γὰρ τὴν μητέρα ἀπέκτεινε δικαίως κτλ. Ita Aeschylus rem enarravit in Agam. et Eum.

II 260, 10 ὡς μὲν γὰρ ἡ τραγῳδία φησὶν, οὐδὲ τῶν βοσκημάτων οὐδὲν διέφερον (sc. οἱ ἄνθρωποι), πρὶν ἐκείνῳ (sc. Palamedi) συγγενέσθαι. cf. infra in app.

[24]) φασὶν ut glossema deleo.

Sopholes.

II 231, 15 ἀλλὰ ταῦθ', ὡς ἔφη Σοφοκλῆς, πεπονθότ' ἐστὶ μᾶλλον ἢ δεδρακότα. Soph. O. C. 266 sq. Schol. III 676, 32 nescivit, ubi Sophocles hoc dixisset; dicit enim: εἰσάγει Σοφοκλῆς ἔν τινι δράματί τινα λέγοντα, ὅτι κτλ.

II 237, 10 πρὸς ταῦτα σκόπει μὴ τοὐμόν, ἀλλὰ καὶ τὸ σόν, Τεῦκρος ἔφη τινί. Hoc legitur in Aiante v. 1313. Is quem ibi Teucrus adloquitur, est Agamemnon.

II 309, 15 σκιᾷ τινι λόγους ἀνασπῶντες, ἔφης ὦ Σοφόκλεις. Ai. 301.

II 307, 15 αὐτὴν μὲν γὰρ ἐὰν ἴδωσι (christiani) τὴν Ἑλένην, Ἑλένην λέγω; θεράπαιναν μὲν οὖν, ὁποίαν ἐποίησε Μένανδρος τὴν Φρυγίαν, τῷ ὄντι παιδιὰν ἀποφαίνουσι τοὺς Σατύρους τοῦ Σοφοκλέους. Haec verba pertinent ad Sophoclis fabulam satyricam Ἑλένη. cf. Nauck frgg. 183—186: „satyri igitur huius dramatis, cum Helenam conspexerunt, turpi libidine inflammantur".

II 288, 1 οὐδέ γε Εὐριπίδου φήσομεν οἶμαι τὸ ἰαμβεῖον εἶναι τὸ

σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ

οὐδ' εἴ τις οὕτω τῶν σοφῶν εἴρηκεν (hoc ad Platonem referendum est, qui in Theag. 125 B. et de republ. VIII 568 A. professus est Euripidem eius versus auctorem esse), ἔστι γὰρ ἔξ Αἴαντος Σοφοκλέους, Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ. Nauck frg. 13.

II 143, 10 δειλίας ἀκίνδυνον γέρας ex schol. III 501, 7 sqq. dictum Sophoclis est. cf. supra p. 60 sq.

II 310, 1 ἤδη δέ τις καὶ Σάτυρος ἰῶν ἐπὶ σκηνῆς κατηράσαιτο τῷ Ἡρακλεῖ, εἶτά γ' ἔκυψε προσιόντος κάτω. cf. schol. III 731, 20: Σάτυρον λέγει δοῦλόν τινα οὕτω καλούμενον . . . ἔν τινι δράματι ὑπεκρίθη τις Σάτυρος καταρώμενος τῷ Ἡρακλεῖ. ὡς δὲ εἶδεν αὐτὸν προσιόντα, ὑπέκυψεν. ἦν δὲ τῷ ὄντι οὗτος Ἡρακλεῖ ἐκεῖσε κατὰ τύχην ἱσταμένος. Hoc Sophoclis esse fragmentum, Nauckius

(frg. 685) suspicatus est, atque suo iure, ut videtur; Athenaeus enim I p. 23 D haec tradidit: *καταχεῖσθαι δὲ λέγεται καταχεκλίσθαι. ἔστι δὲ εὑρεῖν καὶ ἐπὶ τῆς ἐννοίας ταύτης σπανίως τὸ ἀναχεῖσθαι. Σάτυρος παρὰ Σοφοκλεῖ τοῦτό φησιν ἐπικαιόμενος τῷ Ἡρακλεῖ, ἀναχειμένῳ μέσον εἰς τὸν αὐχέν' εἰσαλοίμην.* Sine dubio Aristides et Athenaeus eandem fabulam adumbrant.

Euripides.

II 199, 5 *εἰ δὲ δὴ καὶ τὸν Εὐριπίδην μάρτυρα ἐπάγοιτο λέγοντα ὅτι*

ἔδει γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά.

Sunt hi versus ex Euripidis Cresphonte. Nauck frg. 452.

II 299, 5 *ὥστε τὸ Εὐριπίδου γίγνεται· σὺ λέγεις ταῦτ', οὐκ ἐγώ.* Eur. Hipp. 352.

II 307, 5 (christiani) *δύο μορφὰς ἔχοντες ἀντὶ τριῶν, τῆς τραγικῆς βοὸς τῶν ἱματίων τῶν ἠπημένων οὐδὲν διαφέροντες.* cf. schol. III 727, 30 et 729, 8, cuius verba supra p. 58 sq. allata sunt. Qua ex fabula Euripidis haec sumpta sint, non constat, fortasse ex aliqua fabula satyrica. Nauckius hunc locum omisit.

II 307, 15 *ἐκβάλλουσι τὴν γλῶτταν, ὥσπερ ὁ Μενέλεως τὸ ξίφος.* Quibus verbis sine dubio Eur. Andr. 629 adumbrat, ubi Peleus Menelao dicit:

ἀλλ' ὡς ἐσεῖδες μαστόν, ἐκβαλὼν ξίφος
φίλημ' ἐδέξω.

II 161, 10 *Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι ποῦ χοροῦ τάξομεν ἢ τάξιν τίνα*; haec verba ex aliquo tragico repetita esse Reiskio visa sunt: videtur enim sibi aliquando hunc senarium legisse: *ὅπου χοροῦ τάξωμεν, ἢ τάξιν τίνα;* Dindorfius addidit: „id saltem *ποῦ τοῦ χοροῦ* dicendum fuisset.“ Equidem nusquam talem versum repperi neque disceptare audeo, num Reiskii sententia probabilis sit.

Aristophanes.

Ex Aristophanis comoediis Acharnos II 129, 10; 137, 5; 241, 5; ranas II 133, 5; 312, 15; nubes II 162, 1; Lysistraten II 212, 5; 155, 10 adhibuit. Partim ipsos poëtae versus, partim prosa oratione argumentum eorum transscripsit. Tres loci accuratius tractandi videntur. Locum ex Achar. 531 sqq. depromptum II 129, 10 prosa oratione attulit: *τῶν μαρτύρων . . . τῶν εἰς τοὺς λόγους κεκλημένων τῷ Περικλεῖ . . . ὁ μὲν . . . ὁ δ' ἀστράπτειν καὶ βροντᾶν καὶ κυκᾶν αὐτὸν φησι δημηγοροῦντα.* Eundem locum II 137, 5, sed poëtae ipsius verbis usus attulit:

ἥσραπτ'⟨εν⟩, ἐβρόντα, σινεκύκα τὴν Ἑλλάδα
ἐτίθει νόμους ὥσπερ σκόλια γεγραμμένους,
ὡς χρὴ Μεγαρέας.

Ut hunc locum adferret, commotus est a Plutarcho, qui Per. 8 haec dixit: *αἱ μέντοι κωμῳδίαι τῶν τότε διδασκάλων. . . βροντᾶν μὲν αὐτὸν καὶ ἀστράπτειν, ὅτε δημηγορίη, δεινὸν δὲ κεραυνὸν ἐν γλώσσῃ φέρειν λεγόντων.* Quod cum legisset Aristides, Aristophanis manuscriptum adhibuit et ex eo illos versus descripsit. Aristidem autem, cum locum II 129, 10 conscriberet, etiam Aristophanem praesto habuisse, ea re comprobatur, quod vocabulo *κυκᾶν* usus est, quod ex Aristophane, non ex Plutarcho repetere potuit. Tamen eum hoc ipso loco etiam Plutarchi verba recordatum esse arbitror propter vocem *δημηγορεῖν*, quam sine dubio Plutarchum secutus posuit, cuius nullum apud Aristophanem vestigium habes.

II 212, 5. *ἔγωγ' ἡδέως ἂν ἐροίμην τοὺς τὰς βαθείας ὑπήνας ἔλκοντας, ἔφη τις τῶν κωμικῶν.* Arist. Lys. 1072: *ἀπὸ τῆς Σπάρτης οἱδὶ πρέσβεις ἕλκοντες ὑπήνας χωροῦσι.* Aristophanes igitur hoc de legatis Lacedaemoniis, Aristides de philosophis dicit, ille omisso adiectivo, hic addito vocabulo *βαθείας*. Qua de causa putaveris Aristidem non hunc Aristophanis, sed alium cuiusdam poëtae comici locum adumbrasse; sed constat Aristidem saepe

minus diligenter, vel etiam falso verba ex fontibus suis transscripsisse.

II 155, 10 Cimon, ut ait Aristides, tertio bello Messenio Lacedaemoniis auxilio venit, *ἀγαγὼν Ἀθηναίους τετρακισχιλίους ὁπλίτας, οὓς σὺ τιμᾷς, ὦ Πλάτων.* Extrema verba *οὓς σὺ τ., ὦ Πλ.* ad unam vocem *ὁπλίτας* referenda sunt. cf. Plat. de leg. IV 706 B; III compl. ll.; Aristid. II 216, 5 et schol. III 522, 35. Cimonem quattuor milibus hoplitarum in Peloponnesum venisse uno tantum loco (sc. praeter Aristidem) traditum est: apud Arist. Lys. 1145:

ἐλθὼν δὲ σὺν ὁπλίταισι τετρακισχιλίοις
Κίμων ὅλην ἔσωσε τὴν Λακεδαίμονα.

et hunc eundem locum etiam Aristidi fontem fuisse contendo. Cetera enim omnia (excepta pugna Eurymedontea) quae apud Aristidem de Cimone tradita sunt, quo ex fonte repetita sint, constat; unum hoc restat. Dubitari autem nequit, quin Aristides Aristophanis Lysistraten noverit. Denique Aristides pergit: *ἀγαγὼν Ἀθηναίους τετρακισχιλίους . . . ἔσωσε μὲν τὴν πόλιν αὐτοῖς καὶ τὴν χώραν.* Quibus verbis sine dubio alterum Aristophanis versum transscripsit. Quod tum apud Aristidem sequitur: *ἔλυσε δὲ τοὺς περιστάντας ἅπαντας φόβους, κατέσιησε δὲ τὰ ἐν Πελοποννήσῳ πράγματα*, amplificatio rhetorica est. Aristides igitur, cum Aristophanem solum fontem adhiberet, silentio praeteriit, Athenienses, ut qui novarum rerum studerent, a Lacedaemoniis domum esse remissos.

Eupolis.

Eupolidis tribus locis et his omnibus „demorum“ eius rationem habet.

II 129, 10 *ὁ δὲ δὴ τρίτος* (sc. testis) *ἄντικρυς ὥσπερ οὐδὲ κωμῳδίας οὗτός γε ποιητής, ἀλλ' ὡς ἂν εἷς τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνεπίφθονον αὐτῷ* (Pericli) *καὶ καθαρὰν τὴν*

μαρτυρίαν ἀποδέδωκε λέγων, ὃς ἐκ δέκα μὲν ποδῶν ἦρει τοὺς ῥήτορας ἐν τοῖς λόγοις, μόνου δὲ πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσι· πάντα δ' εἶναι φλυαρίαν πρὸς ἐκεῖνον. φησὶ γοῦν οὕτωσὶ δυσχεραίνων·

ῥήτωρ γάρ ἐστι νῦν τις, ὧν γ' ἐστὶν λέγειν;
ὁ Βουζύγης ἄριστος ἀλιτήριος.

Haec omnia ex Eupolidis demis esse sumpta schol. III 472, 27, qui ipsos poëtae versus addit, diserte exponit. Deinde etiam schol. Aristoph. Ach. 529 idem memoriae prodidit. — Tamen verba inde a *πάντα δ' εἶναι κτλ.* Aristidi soli debemus. cf. Meineke frgg. comic. Graec. t. II, 1 frgg. 6 et 7.

II 228, 5 *ὥσπερ τῶν κωμικῶν τις ἐποίησε τέτταρας τῶν προσταιῶν ἀνεστῶτας, ἐν οἷς δύο τούτων ἔνεισιν.* cf. schol. III 672, 6: *Εὔπολις ἐποίησεν ἀναστάντα τὸν Μιλτιάδην καὶ Ἀριστείδην καὶ Γέλωνα καὶ Περικλέα.* Meineke frg. 13 confirmat pro *Γέλωνα* libros mss. partim *Σόλωνα* partim *Κλέωνα* habere. Unice autem verum esse *Σόλωνα* docuit idem Meineke: quaest. scen. I p. 49. Eodem spectat quod II 263, 1 legitur: *καὶν τοῖς δράμασιν ὡς ἀνεστῶτα* (Periclem) *ὁρῶνιες εὐφραίνοντο* (Athenienses).

Ceterum cf. p. 20.

Cratinus.

Ex Cratino unum tantum locum et hunc quidem bis attulit:

II 129, 5. *τῶν μαρτύρων ἡμῖν τῶν εἰς τοὺς λόγους κεκλημένων τῷ Περικλεῖ . . . ὁ μὲν τῶν Ἑλληνίδων μεγίστην τὴν ἐκείνου γλῶτταν εἴρηκε.* Quis fuerit, qui haec de Pericle professus sit, dicit altero loco de rhet. II 19, 15: *ὦ μεγίστη σὺ γλῶττα τῶν Ἑλληνίδων, ἔφη Κρατῖνος.* Schol. alter III 471, 22 adnotat: *ὁ Κρατῖνος δηλονότι ποιητής.* alter schol.: *ὁ Εὔπολις· κατὰ δὲ ἄλλους Κρατῖνος.* cf. Meineke frgg. com. Gr. t. II, 1 frg. 4.

Certae comoediae id fragmentum inseri non potest. Poëtae verba ita restituit Meineke:

ἴθ' ὦ μεγίστη γλῶττα τῶν Ἑλληνίδων.

Plato, poëta com.

II 134, 5 *ὥστε καὶ τοὺς ῥήτορας ἡσυχίαν ἔχοντας ὡς τὰ πολλὰ παρείχετο* (sc. Pericles), *ὥστε εἰ μὴ καθ' Ἡρακλέα, κατὰ γοῦν τὸν Ἰόλεων ἦν ἐπικάων, ὡς τὸ τοῦ κωμικοῦ ῥῆμα, τὰς κεφαλὰς τῶν πλειόνων.* Haec esse verba Platonis comici, fortasse eius Phaoni adscribenda, primus intellexit Porsonus: Eur. Med. 140 XII (p. 35 ed. III). Inter fragmenta fabularum incertarum hoc Meineke t. II frg. 4 attulit.

Ex vetere comoedia, fortasse ex Aristophanis equitt., Aristides etiam id deprompsit, ut opinor, quod II 176, 5 de Cleonis, Cleophontis, Hyperboli arte dicendi dixit: *οἷα δὴ τὰ τῆς δημοκρατίας ἐπιχώρια, φαίνειν, ἐνδεικνύναι, δημεύειν, ὥσπερ Κλέωνα καὶ Κλεοφῶντα καὶ Ὑπέρβολον καὶ ἑτέρους ἀνθρώπους, οὐ ῥήτορας οὐδαμῶς — οὔκουν εἴπερ γε ἦσαν τοιοῦτοι — εἴδωλον δέ τι ῥητορικῆς ἀπειληφότας.*

Menander.

Menandrum bis adhibuit, semel nominavit:

II 307, 15 *αὐτὴν μὲν γὰρ ἐὰν ἴδωσι τὴν Ἑλένην, Ἑλένην λέγω: θεράπαιναν μὲν οἶν, ὁποίαν ἐποίησε Μένανδρος τὴν Φρυγίαν κτλ.* cf. Meineke t. IV frg. 352.

II 153, 5 *τὸ τοῦ κωμῳδιοποιοῦ βεβαίως καὶ παγίως ἔχει, ὡς ἄρ' εἷς εἴη τῆς οἰκίας δοῦλος ὁ δεσπότης.* schol. III 519, 25 adnotat hoc et ab Aristophane et a Menandro esse dictum. Sine dubio alter solus auctor est: Menander (monost 168).

Nominatim comicos adferre non solet; duobus tantum locis nominavit Aristophanem II 133, 5; 137, 5; Cratinum II 19, 15; Menandrum II 307, 15. Ceteros locos his fere verbis attulit:

ὡς τὸ τοῦ κωμικοῦ ῥῆμα. — τὸ τοῦ κωμῳδιοποιοῦ βεβαίως καὶ παγίως ἔχει. — ἔφη τις τῶν κωμικῶν. — ἐν τοῖς δράμασιν. Unus restat locus II 241, 5, ubi locum Aristophaneum (Ach. 514) exscribit et hoc praeter consuetudinem nullo verbo significat.

Meles et Cinesias.

Meletem et Cinesiam commemorat hisce locis: II 185, 1 *οὐδὲν τοῖς Μέλητος ἐοικότα τοῦ κιθαρῳδοῦ οὐδ' οἷς ἐκεῖνον ᾄδειν φησὶ Πλάτων* (Gorg. 501 E sq.).

II 298, 1 *ὁ Μέλης οὐκ ἀηδής μοι καὶ ὁ Κινησίας, ἀλλ' ἀπέλαυνον τοῦ γελοίου καὶ συνεχώρουν ἄχρι τούτου καὶ ὀνομασὶ κωμῳδῆσαι. πάντως οὐχ οὗτοί μοι τὰ φίλτατα.* Cf. II 294, 10. Meletis et Cinesiae carmina ipsa Aristidi praesto videntur fuisse. Quamquam enim Plato l. l. et Aristophanes (Lys., Eccl., ran., av.) de eis rettulerunt, tamen nusquam traditum est eos *ὀνομασὶ κωμῳδῆσαι*. Praeterea dicit Meletem et Cinesiam sibi non insuaves fuisse, unde colligere licet horum poëtarum opera ab Aristide esse inspecta.

Appendix.

Timocreon.

II 294, 1 *μὴ τοίνυν ἡμεῖς ἐκεῖνον ὑπερβαλλώμεθα μηδὲ Τιμοκρέοντος τοῦ σχετλίου πρᾶγμα ποιῶμεν, ἀλλ' εἰδῶμεν εὐφημεῖν τὰ γιγνόμενα.* Nominat his verbis Timocreontem, qui Themistocli vehementissime maledicebat, cuius carmina Plutarcho (Them. 21) praesto erant. Veri simillimum mihi videtur esse Aristidem notitiam huius hominis ex Plutarcho hausisse.[25])

---

[25]) Quod schol. III 720, 13 et 17 adnotat: *ὁ δὲ (φησὶ) ὅτι κακὸς ἦν καὶ καταγνωσθεὶς ὑπ' Ἀθηναίων πηρίῃτι, λέγων ὡς οὐκ ἐμὲ μόνον πεποιήκασι κακῶς, ἀλλὰ καὶ Περικλέα,* sine dubio ex Plut. Them. 21 sub fin. emanavit, sed ita ut memoriae errore pro Themistocle Periclem schol. poneret. Plutarchum scholiastae notum fuisse patet ex III 500, 9.

Philocles.

De Philocle, malo illo poëta, qui cum Sophocle in certamine tragico decertavit, Aristides II 256, 10 hoc narrat: *Σοφοκλῆς Φιλοκλέους ἡττᾶτο ἐν Ἀθηναίοις* (sc. κριταῖς Reiskius) *τὸν Οἰδίποδα, πρὸς ὃν οὐδ' Αἰσχύλος εἶχε λέξαι τι.* Sophoclem cum Oedipode tyranno e certamine inferiorem discessisse, ex hypothesi ad Soph. O. T. notum est. Eodem ex fonte fortasse Aristides quoque hausit. Quod tum addit: *πρὸς ὃν οὐδ' Αἰσχύλος εἶχε λέξαι τι*, ad id referendum est, quod Plut. Cim. 8 memoriae prodidit: Sophoclem, cum primum tragoedias suas in scenam ederet, Aeschylo superiorem fuisse et victorem discessisse. Id factum est anno a. Chr. n. 468, ut constat ex M. P.; verba igitur *πρὸς ὃν* non ad Oedipum, sed ad Sophoclem pertinent.

Philoxenus.

Philoxeni, dithyramborum poëtae, qui Cytheris natus postea Syracusis apud Dionysium maiorem natu moratus est, mentionem facit II 235, 1 et 236, 5. Illo loco contumeliam, quam a Dionysio perpessus est Philoxenus, tangit: coniectus enim est in lautumias. Ea de re cf. Diod. XV 6; Luc. de merc. cond. 35; Amm. Marc. XV 5; Diogen. VIII 54; Athen. XV 692 D; schol. Aristoph. Plut. 700. Quod altero loco tangit Aristides, a schol. III 683 explicatur. Aristidis verba haec sunt: *φαίνεται δὲ Φιλόξενον μὲν τὸν Κυθήριον οὐ δυηθεὶς αὖθις ὑφ' αὑτῷ λαβεῖν Διονύσιος, ἀλλ' οἰμώζειν ἐκεῖνος γράφων αὐτῷ.* Ad hoc alter schol. addidit Philoxenum, cum fugisset, a Dionysio per litteras esse invitatum, ut rediret; Philoxenum autem respondisse: *οὐ μέλει μοι τῶν σῶν. οὐ φροντίζω· οὐ θέλω ἐλθεῖν παρὰ σέ. οἴμωζε, ὀλόλυζε, γόγγυζε.* Hoc Aristides spectavit. Alter schol. Philoxenum haec respondisse tradidit: *λαβὼν χάρτην καὶ κατὰ μέσον γράψας μικρὸν „οὔ", περὶ τοῦτο μεῖζον περιε-*

χάραττεν, ὥστε τὸ σχῆμα τοιοῦτον γενέσθαι (sequitur figura) *καὶ πλήσας τούτων πάντα τὸν χάρτην ἔπεμψεν, ἐμφαίνων ὅτι πολλάκις καὶ μεγάλως ἀρνεῖται.* Hoc ad Aristidis verba non quadrat, nam quamquam schol. pergit: *οἰμώζειν ἐκεῖνος ἐλευθέρως γράφων αὐτῷ· ἡ γὰρ τοιαύτη ἀπαγόρευσις ὅμοιόν ἐστιν ὥσπερ ἂν εἰ οἴμωζε πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν,* id perversum existimandum est.

Thearion, Mithaecus, Sarambus.

Aristides hos homines compl. locis attulit, videlicet Platonem secutus, qui Gorg. 518 B. de eis hoc rettulit: *Θεαρίων ὁ ἀρτοκόπος καὶ Μίθαικος ὁ τὴν ὀψοποιίαν συγγεγραφὼς τὴν Σικελικὴν καὶ Σάραμβος ὁ κάπηλος.* Cf. Aristidem: II 151, 5 *Θεαρίωνι καὶ Μιθαίκῳ τοῖς καὶ οὐκ οἶδ' ὅτῳ τῷ τρίτῳ.* II 192, 10 *Μίθαικος ὁ τὴν Σικελικὴν ὀψοποιίαν συγγεγραφὼς ἢ Σάραμβος ὁ κάπηλος — νῦν γὰρ ἀνεμνήσθην τοὔνομα —.* cf. II 229, 5; 122, 5; 200, 5; 150, 1; de rhet. II 86, 5; 107, 5.

I 125, 5 Aristides Persas, qui alteram expeditionem in Graeciam anno 490 susceperunt, *τρόπαια* in navibus secum transportasse dicit. Hanc rem Paus. I 33, 2 explicat: Persas, qui ut Graecos vincerent, ne pugna quidem opus esse putarent, magnum lapidem marmoris Parii secum ex Asia duxisse, ut post victoriam tropaeum esset. Graecos autem, cum barbaris fugatis illum lapidem cepissent, ex eo statuam Nemeseos a Phidia fingendam curavisse et in ipso campo Marathonio posuisse. Haec Nemesis adeo inclaruit, ut etiam Romani poëtae eam celebrarent[26]).

I 148, 15 Tradit Aristides de donis, quae Graeci post bellum Persarum deis posuerunt: Iovi Liberatori aram esse constitutam, Apollini Delphico tripodem aureum

[26]) Catullus eam 64, 395; 66, 71; 68, 77 Rhamnusiam virginem appellavit.

esse dedicatum, cetera spolia victoribus dispertita esse. Urbem autem Atheniensium, quantum in ceteris rebus, tantum etiam hac in re ceteros Graecos anteiisse: nam et arcem *τοῖς τῶν ἔργων ὑπομνήμασι* ornavit et *τὰς ἄλλας τιμὰς τοῖς θεοῖς ἀνῆψε, κρεῖττον ἁπάσης Ἑλληνικῆς δυνάμεως, τὰ μὲν οἴκοι, τὰ δ' ἐν τῇ ὑπερορίᾳ.* Scholiasta quidem III 201 interpretatur *ὑπερορίαν* intellegendam esse Asiam additque Athenienses Apollini Didymeo Miletum dona (*ἀναθήματα*) misisse. Sed erravit sine dubio schol.: templum enim Apollinis Didymei a Dario, anno a. Chr. n. 494 dirutum est: Her. VI 18—19: *ἕκτῳ ἔτεϊ ἀπὸ τῆς ἀποστάσιος τῆς Ἀρισταγόρεω . . . ἱρὸν δὲ τὸ ἐν Διδύμοισι καὶ ὁ νηός τε καὶ τὸ χρηστήριον συληθέντα ἐνεπίμπρατο*[27]). Praeterea a nullo alio scriptore traditum est ab Atheniensibus vel a Graecis tum in Asiam Apollini dona esse missa. Itaque quod schol. tradidit, sine dubio falsum est; utrum autem a schol. ipso fictum (quod equidem verum esse putaverim), an aliunde repetitum sit, confirmare non audeo. Nec multum interest hoc scire, cum constet revera rem fieri non potuisse.

Potius *ὑπερορία* non ad Asiam, sed ad reliquam Graeciam pertinet: Graeci enim tum non solum Iovi Liberatori aram posuerunt et Apollini Delphico tripodem dedicaverunt, sed etiam secundum Herodotum IX 81: *τῷ ἐν Ὀλυμπίῃ θεῷ ἐξελόντες* (sc. *δεκάτην*), *ἀπ' ἧς δεκάπηχυν χάλκεον Δία ἀνέθηκαν καὶ τῷ ἐν Ἰσθμῷ θεῷ,*

[27]) Falsum igitur est, quod Strabo XIV 1, 5 memoriae prodidit, a Xerxe illud sacrum esse deletum: *ἐνεπρήθη δ' ὑπὸ Ξέρξου, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα ἱερὰ πλὴν τοῦ ἐν Ἐφέσῳ.* Nam quo tempore Xerxes ea sacra diruerit? Falsum quoque est, quod apud Paus. I. 16, 3 traditum est: *Σέλευκός ἐστιν ὁ Μιλησίοις τὸν χαλκοῦν καταπέμψας Ἀπόλλωνα ἐς Βραγχίδας, ἀνακομισθέντα ἐς Ἐκβάτανα τὰ Μηδικὰ ὑπὸ Ξέρξου*, si modo extrema verba ita intellegenda sunt Xerxem aëneam statuam Apollinis Branchidis Ecbatana transportasse. Ceterum Pausanias templum Apollinis expilatum esse, Strabo templum combustum esse, Herodotus templum expilatum et combustum esse tradiderunt.

ἀπ' ἧς ἐπιάπηχυς χάλκεος Ποσειδέων ἐξεγένετο, has statuas dedicaverunt. Mirum videri potest, quod Aristides hoc meritum Atheniensibus solis impertit, cum Herod. illum tripodem illasque statuas ab omnibus Graecis dedicata esse dicat et Aristides ipse Apollinem Delphicum et Iovem Lib. antea iam attigerit. At Aristides, ut erat rhetor, rem ita exposuit, ut Athenienses maiore gloria efferret. Sententia eius haec est: ea re quod Athenienses hostes e Graecia expulerunt (quod imprimis Atheniensium meritum est), auctores facti sunt honorum deis tributorum. Hoc ipse Aristides I 149, 10 exponit inde a verbis *ἐκεῖνο ἐπιδεῖξαι βουλόμενος κτλ.*, quod schol. planius exponit[28]).

I 125, 1 Quod Aelius Aristides de Callimacho polemarcho, qui in pugna Marathonia mortem occubuit, tradidit: *ἤδη δέ τις καὶ τελευτήσας εἱστήκει περιοξευθεὶς ὑπὸ τῶν βαρβάρων, φοβῶν τοὺς λοιποὺς ὥσπερ ἀθάνατος ὤν*, non ex Herodoto repetitum est, qui VI 114 nihil amplius tradidit nisi hoc: *ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ ὁ πολέμ. Καλλ. διαφθείρεται, ἀνὴρ γενόμενος ἀγαθός.* Repetitum autem est ex scholis rhetoricis, ubi Cynegirus navem Persicam mergere conans et Callimachus etiam post mortem erectus stans cum molesta abundantia tractati sunt. cf. Polemonem laud. fun. I 7; 21; II 10 et Himerium soph. II 20 sq. X 2. al. — Unde haec sophistarum notitia emanaverit, investigari posse arbitror. Erat enim Athenis in porticu, cui cognomen *ποικίλη* erat, pugna Marathonia depicta ibique in pugnantium numero Callimachus telis barbarorum confossus et erectus stans, ut opinor, depictus erat. — Callimachum ibi depictum fuisse docet Paus. I 15, 3: *τῶν*

[28]) Scholiastae verba (III 202, 23) voce *τὸ* in *τοῦ* mutata, voce *γὰρ* post *ἐξελάσασα* adposita, ita legenda esse puto: *ἐπειδὴ τοῦ τοὺς θεοὺς τιμᾶν ὡς αἰτίους τῶν ἀγαθῶν ἡ πόλις αἰτία· ἐξελάσασα γὰρ τοὺς βαρβάρους ἐκ τῆς Ἑλλάδος εἰκότως ἂν λέγοιτο, τὴν ὑπὸ πάντων πρὸς θεοὺς τιμὴν ὑπ' αὐτῆς γίνεσθαι, ὡς αἰτίας.*

μαχομένων δὲ δῆλοι μάλιστά εἰσιν ἐν τῇ γραφῇ Καλλίμαχός τε, ὃς Ἀθηναίοις πολεμαρχεῖν ἤρητο, καὶ Μιλτιάδης κτλ. Erectum statum, cuius Pausanias mentionem non facit, commemorat Himerus X, 2: δείξω μὲν ὑμῖν τὸν Μαραθῶνα ἐν τῇ γραφῇ (sc. in pictura, quae in poecile erat suspensa § 3) καὶ τοὺς πατέρας . . . δείξω δὲ ὑμῖν καὶ στρατιώτας ἐμοὺς τὸν μὲν τῇ φύσει καὶ ἐν τῇ γραφῇ μαχόμενον· δόξει γὰρ ὑμῖν καὶ παρὰ τῇ τέχνῃ πολεμοῦντι μᾶλλον ἐοικέναι ἢ τεθνεῶτι Καλλίμαχος. Confirmatur haec opinio ea re, quod omnes similiter narrant de Callimacho: Ael. Arist. l. l. περιτοξευθεὶς ὑπὸ τῶν βαρβάρων εἰσιήκει. schol. III 133, 23: ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν βαρβαρικῶν τόξων στηριχθείς. cf. III 126, 26; Polem. I 7: ὑπ' αὐτῶν τῶν τοξευμάτων τε καὶ βλημάτων περιχυθέντων κατεσχέθη. id. I 23: τὸ γὰρ πλῆθος τῶν ἐπ' αὐτὸν ἐνεχθέντων βελῶν ἀνέστησεν αὐτόν. — Arist. l. l. εἱστήκει φοβῶν τοὺς λοιπούς. Him. II 21: καὶ μετὰ τὸν θάνατον διώκων οἶμαι καὶ Πέρσας μόνῳ (ita corr. Reiskius; mss. μόνος) τῷ σχήματι[29]).

Omnia haec ita sunt conscripta, ut appareat, eos qui conscripserint, ipsos imagines illas vidisse. Quod autem apud Aristidem II 174, 1 de Miltiade legimus: διὸ δὴ καὶ προυχρίθη μόνος ἐξ ἁπάντων, ὥς φασι, τὴν χεῖρα ἐκτετακὼς γραφῆναι, ὡς τότε ἔτυχε τοῖς στρατιώταις παρακελευόμενος, id ex Aeschinis orat. in Ctes. 186 defluxisse videtur, ubi haec tradita sunt: προσέλθετε δὲ τῇ διανοίᾳ καὶ εἰς τὴν στοὰν τὴν ποικίλην· ἁπάντων γὰρ ὑμῖν τῶν καλῶν ἔργων τὰ ὑπομνήματα ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀνάκειται. τί οὖν ἐστιν, ὦ Ἀθην., ὃ ἐγὼ λέγω; ἐνταῦθα ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη γέγραπται. τίς οὖν ἦν ὁ στρατηγός; οὐτωσὶ μὲν ἐρωτηθέντες ἅπαντες ἀποκρίναισθε

[29]) schol. Aristid. III 133, 23 εἱστήκει πεσεῖν μὴ δυνάμενος. Polem. I 7 ἐδόκει ἑστάναι πεσεῖν μὴ δυνάμενος. Hic consensus fortasse fortuitus est.

ἄν, ὅτι Μιλτιάδης. ἐκεῖ δὲ οὐκ ἐπιγέγραπται. πῶς; οὐκ ἤτησε τὴν δωρεὰν ταύτην; ἤτησεν ἀλλ' ὁ δῆμος οὐκ ἔδωκεν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ὀνόματος συνεχώρησεν αὐτῷ πρώτῳ γραφῆναι, παρακαλοῦντι τοὺς στρατιώτας. Ad hunc igitur oratorem Aristidis verba ὥς φασι referenda sunt, quibus fontem significavit[30]).

II 161, 10 Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι ποῦ χοροῦ τάξομεν ἢ τάξιν τίνα; ἢ δῆλον ὅτι τὴν πρὸ τοῦ θεάτρου καὶ οὗ πᾶσιν ἐν καλῷ τῆς θέας ἔσται; πλήν γ' ὅσον οὐκ ἀριστεροστάτης ἀνὴρ μᾶλλον ἢ τοῦ δεξιοῦ τοῖς Ἕλλησι κέρως. Ad haec intellegenda schol. adhibendus est, qui III 535 sq. dicit: ἐν μὲν χοροῖς τὸ εὐώνυμον τιμιώτερον (paulo post: τοὺς οὖν καλοὺς τῶν χορευτῶν ἔτattον εἰσιόντες ἐν τοῖς ἑαυτῶν ἀριστεροῖς, ἵνα εὐρεθῶσι πρὸς τὸν δῆμον ὁρῶντες) ἐν δὲ τοῖς πολέμοις τὸ δεξιόν (cf. Her. VI 111: ὁ γὰρ νόμος τότε [anno 490] εἶχε οὕτω τοῖσι Ἀθηναίοισι, τὸν πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν). δύο δὲ προειπὼν τὸ ποῦ χοροῦ τάξομεν ἢ τάξιν τίνα; τὸ μὲν ὡς ἐν χορῷ, τὸ δὲ ὡς ἐν παρατάξει ἔλαβε. καὶ ἐκεῖ μὲν αὐτὸν ἀριστεροστάτην φησίν, ἥτις τάξις ἀρίστου χορευτοῦ, ἐν δὲ τῇ παρατάξει δεξιοστάτην· αὕτη γὰρ τῶν ἡγεμόνων ἡ τάξις. Dicit igitur Aristides: Miltiadem Marathonium quo in loco chori collocabimus aut acieï? An videlicet ante ipsos spectatores[31]) (i. e. in sinistro chori cornu), ita ut in omnium conspectu sit? tantummodo ne tam ἀριστεροστάτης ἀνήρ (i. e. is qui semper in sinistro cornu stet) habeatur, quam dextri cornus dux (i. e. princeps imperatorum). Errat igitur, si quis censet Aristidem dicere voluisse Miltiadem in pugna Marath. dextro praefuisse

[30]) cf. Paus. I 15, 3. Cornel. Nep. Milt. 6: in porticu, quae Poecile vocatur... ut in decem praetorum numero prima eius imago poneretur isque hortaretur milites proeliumque committeret. schol. Arist. III 566, 21.

[31]) θέατρον enim hoc loco non tam totum omnino theatrum, quam cavea videtur esse.

cornui; praefuit dextro cornui Callimachus polemarchus (Her. VI 111). Quamquam igitur imago, qua Aristides usus est, satis quaesita et arcessita est, tamen non abhorret a stilo Aelii.

Nihil adderemus, nisi schol. novum aliquid referret: *δύο εἰσὶν ἀνδριάντες ἐν τῷ Ἀθήνησι θεάτρῳ, ὁ μὲν ἐκ δεξιῶν Θεμιστοκλέους, ὁ δ' ἐξ εὐωνύμων Μιλτιάδου, πλησίον δὲ αὐτῶν ἑκατέρου Πέρσης αἰχμάλωτος. τινὲς μὲν οὖν φασιν ὅτι δύο ἀνδριάντες ἦσαν ἐν τῷ θεάτρῳ, εἷς μὲν Μιλτιάδου, ἕτερος δὲ Θεμιστοκλέους καὶ λέγουσιν ὅτι Μιλτιάδου ἐξ ἀριστερῶν, ὁ δὲ τοῦ Θεμιστοκλέους ἐκ δεξιῶν.* Sine dubio quae hic narrantur, non ab uno eodemque, sed a duobus hominibus dicta sunt, quorum alter (*δύο εἰσίν* usque ad *αἰχμάλωτος*) rem traditam pro certo statuit, alter (*τινὲς μὲν οὖν* usque ad finem) vocibus *τινές φασιν καὶ λέγουσι* rem introducit; ille addit prope ad statuas uniuscuiusque singulos Persas captivos fuisse, (quod videlicet signum victoriae ab utroque a Persis reportatae intellegendum est), quod huic ignotum videtur fuisse.

Crederes scholiastam totam hanc rem finxisse, ut interpretaretur Aristidem. Novum porro videtur Athenis illa aetate ducibus statuas positas esse. Neque tamen plane abiiciendum esse puto, quod schol. refert. Nam Andoc. de myst. 38 dicit haec: *ἐπεὶ δὲ παρὰ τὸ προπύλαιον τὸ Διονύσου ἦν . . . εἰσελθὼν ὑπὸ τὴν σκιὰν καθέζεσθαι μεταξὺ τοῦ κίονος καὶ τῆς στήλης, ἐφ' ᾗ ὁ στρατηγός ἐστιν ὁ χαλκοῦς.* Quo ex loco apparet exeunte quinto a. Chr. n. saeculo Athenis in theatro Dionysi statuam ducis cuiusdam fuisse, eamque omnibus Atheniensibus, qui tum erant, notissimam fuisse. Igitur et schol. et Andoc. in theatro statuas fuisse tradunt. Neque tamen alterum cum altero coniungere audeo et dubito num certi quicquam inde colligi possit.

II 152, 5 de Cimonis iuventute: *ὅτι μὲν τοίνυν*

οὐχ εἷς τῶν κομψῶν οὐδ' οἷος ὑπελθεῖν καὶ κολακεῦσαι Κίμων ἐγένετο οἱ μηδὲ τὰ πατρῷα ἐθελήσαντες αὐτῷ παραδοῦναι μέχρι πόρρω τῆς ἡλικίας ἐπίτροποι μαρτυροῦσιν· οὕτως εὐήθη καὶ μᾶλλον ἀρχαῖον ἠγοῦντο. Cimonem *ἄκομψον* et *εὐήθη* fuisse etiam Plut. Cim. 4 memoriae tradidit: *μᾶλλον εἶναι Πελοποννήσιον τὸ σχῆμα τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνδρός, φαῦλον, ἄκομψον. τὰ μέγιστ' ἀγαθόν, κατὰ τὸν Εὐριπίδειον Ἡρακλέα . . . κακῶς ἤκουεν, ὡς ἄτακτος καὶ πολυπότης καὶ τῷ πάππῳ Κίμωνι προσεοικὼς τὴν φύσιν, ὃν δι' εὐήθειάν φασι Κοάλεμον προσαγορευθῆναι.* — *ἀρχαῖον* schol. III 518, 8 et 12 idem esse atque *ἀφελῆ* definit (cf. Bekkerum anecd. Graec. s. v. *ἀρχαῖος*); *ἀφέλεια* autem Cimonis a Plutarcho Cim. 5 commemoratur. Sed de procuratoribus illis rerum familiarum Cimonis neque Plutarchus neque alius scriptor quicquam tradiderunt. Plutarchus id tantum narrat Cimonem, cum pater moreretur, adulescentulum (*μειράκιον*) fuisse. Solus schol. (in exordio ad vitam Cimonis) III 515, 8 dicit: *ἔδοξε δὲ τὸ πρῶτον εὐήθης εἶναι τὴν φύσιν· ὅθεν καὶ ὀρφανὸς γενόμενος μέχρι πολλοῦ ὑπὸ ἐπιτρόπου ἦν.* III 517, 28: *μέχρι γὰρ τεσσαράκοντα ἐτῶν διετέλεσεν ἐπιτροπευόμενος διὰ τὸ εὔηθες καὶ ἀφελὲς τῶν τρόπων*, et similiter III 518, 6. Facile putet quispiam scholiastam id ex ipso Aristide deprompsisse et quod Aristides dicit *μέχρι πόρρω τῆς ἡλικίας*, ex his verbis finxisse *μέχρι τεσσαράκοντα ἐτῶν*. Haec opinio, quamvis primo aspectu probabilis videatur, tamen non omnino probari potest. Nam schol. in exordio illo permulta refert, quae apud Aristidem non inveniuntur, alia auctore addito,[32]) alia fonte non nominato. Quis de his procuratoribus tradiderit, non attulit. Itaque ad certam originem, unde defluxerit, nos id non iam referre possumus. Tamen id quaerendum est, utrum verum

[32]) III 515, 10 adfertur *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος.* Id falsum est; legendum est potius *ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους* et locus adumbratus est § 205.

sit necne. Quod schol. dicit Cimonem usque ad annum vitae quadragesimum[33]) in tutela fuisse, id perversum est neque opus est refutari. Sed omnino eum *ὑπὸ ἐπιτρόπων* fuisse sine dubio falsum est. *ἐπίτροποι* enim hoc loco non tam procuratores rerum familiarium videntur esse, quam tutores, cum Cimoni patrimonium reddere recusarent. Quod si recte se habet, Aristides dissentit cum Plutarcho, a quo Cimon post patris mortem *παντάπασιν ἀπολειφθεὶς* nominatur. — Deinde unde Cimoni res familiares, quae a procuratoribus administrari possent, erant? Iam vero pater eius Miltiades quinquaginta talentis multatus erat et cum solvere non posset, ipse in vincula coniectus atque res eius familiaris in fiscum redacta est. Itaque Cimon patrimonium habere non potuit.[34]) Herodotus autem narrat Cimonem quinquaginta illa talenta pro patre solvisse. Itaque posteriores quaesiverunt et alius aliter finxerunt, unde Cimon tantam pecuniam adeptus esset: Plut. Cim. 4, Cornel. Nep. Cim. 1., schol. Arist. III 515, 17 Calliam, cum sororem Cimonis, Elpinicen, in matrimonium duxisset, quinquaginta illa talenta solvisse memoriae prodiderunt; Ephorus (apud schol. Arist. III 515, 22) *ἐν τῇ πρώτῃ φησὶν ἐκτῖσαι αὐτὸν* (Cimonem) *τὰ πεντήκοντα τάλαντα, γήμαντα γυναῖκα πλουσίαν.*

Quae apud Aristidem de pugna ad Eurymedontem commissa legimus, haec sunt:

I 151, 20: *παρεῖσαν* (Athenienses) *δ' οὐδὲν ἀπείρατον τῆς ἑαυτῶν ἀρετῆς, ὁμοῦ μὲν Φοίνιξι καὶ Κίλιξι καὶ Κυπρίοις ναυμαχοῦντες ἐν μέσῳ τῷ Αἰγυπτίων πελάγει καὶ ναυτικὰ ἀθρόα λαμβάνοντες, ὁμοῦ δὲ πρὸς πᾶσαν τῶν Περσῶν ἀρχὴν διακινδυνεύοντες ἐν τῇ γῇ ἀντ' ἀριθμοῦ*

[33]) Unde schol. hunc numerum finxerit haud difficile est intellectu: Aristidis enim verba *μέχρι πόρρω τῆς ἡλικίας* ita definivit, ut annos vitae ab infantia usque ad *ἀκμὴν* Cimonis esse vellet.

[34]) cf. Vischerum: Kimon, eine Rede etc. Basel 1847, p. 40.

σωμάτων ἐθνῶν ἀριθμοὺς διαφθείροντές τε καὶ λαμβάνοντες. ἤδη δὲ καὶ δύο τρόπαια εἰς μίαν ἡμέραν ἦλθε καὶ ναυμαχία πεζομαχίᾳ παρισώθη . . . ὁ δ' οὖν Εὐρυμέδων οὐχ ἥκιστα διὰ τούτους (sc. *τοὺς τόπους*) *ᾤδεται.* II 156,10: *εἰς τὴν ἐκείνων* (sc. *τὴν τῶν Περσῶν γῆν*) *ἐξῆγε* (Cimon) *τὸν πόλεμον καὶ περιέπλει μὲν Κύπρον, παρέπλει δὲ Παμφυλίαν, ἐναυμάχει δὲ Φοίνιξι καὶ Κυπρίοις καὶ οἷστισι προσμίξαιεν αὐτῶν. Ἐπὶ δὲ Εὐρυμέδοντι ποταμῷ ναυμαχίας καὶ πεζομαχίας μνημεῖα ἔστησεν, ἀμφότερα ἡμέρᾳ μιᾷ νικῶν.* Deinde illud Simonidis epigramma adfertur, quod apud Bergkium frg. 142 invenitur. —

Illo igitur loco navalem pugnam non ad Eurymedontem, sed *ἐν μέσῳ τῷ Αἰγυπτίων πελάγει* commissam esse tradit; hoc duas pugnas navales enumerare videtur: dicit enim Cimonem circumvectum Cyprum navibus et praetervectum Pamphyliam cum Phoenicibus Cypriisque decertasse; ad Eurymedontem autem (*ἐπὶ δὲ Εὐρ.*) pugna navali et pedestri uno eodemque die hostes devicisse. Sine dubio pugna, quam in Panath. cemmemorat *ἐν μέσῳ τῷ Αἰγ. πελ.* commissam esse, eadem est atque illa, quam contra Phoenices et Cyprios circa Cyprum sive Pamphyliam commissam esse in orat. pro IV viris adfert. Altera autem navalis ad Eurymedontem pugna, quam hoc loco commemorare videtur, a nullo alio scriptore refertur. Itaque Aristidem, praesertim cum in Panath. nullo verbo alterius huius navalis pugnae mentionem faciat, hoc loco rem falso exposuisse putaverim; potius ante pedestrem ad Furym. pugnam unum tantum proelium navale, idque non ad Eurymedontem, sed in alto mari est commissum. Hac autem in re maxime consentit cum Diodoro XI 60, qui hanc pugnam similiter narrat: *τὸ δὲ ναυτικὸν ἤθροισαν ἔκ τε Φοινίκης καὶ Κύπρου καὶ Κιλικίας . . . Κίμων δὲ πυνθανόμενος τὸν στόλον τῶν Περσῶν διατρίβειν περὶ τὴν Κύπρον καὶ πλεύσας ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἐναυμάχησε . . . γενομένου δ' ἀγῶνος ἰσχυροῦ καὶ τῶν στόλων ἀμφο-*

τέρων λαμπρῶς ἀγωνιζομένων τὸ τελευταῖον ἐνίκων οἱ Ἀθην., καὶ πολλὰς μὲν τῶν ἐναντίων ναῦς διέφθειραν, πλείους δὲ τῶν ἑκατὸν σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσιν εἷλον. Deinde a Diodoro cp. 61 pugna ad Eurymedontem pedestris narratur. Congruunt igitur Aristides et Diodorus, quod uterque navalem pugnam non ad Eurymedontem (potius alter in medio mari Aegyptio, alter prope ad Cyprum) factam esse et quod uterque Cilices, Phoenices, Cyprios ei pugnae interfuisse narrat.

Ceteri autem, Thuc. I 100 et Plut. Cim. 12 sq. et navalem et pedestrem pugnam ad Eurymedontem commissam esse uno ore consentiunt; Thuc. haec dicit: *ἐγένετο δὲ μετὰ ταῦτα καὶ ἡ ἐπ' Εὐρυμέδοντι ποταμῷ ἐν Παμφυλίᾳ πεζομαχία καὶ ναυμαχία Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων πρὸς Μήδους, καὶ ἐνίκων τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀμφότερα Ἀθηναῖοι Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου στρατηγοῦντος, καὶ εἷλον τριήρεις Φοινίκων καὶ διέφθειραν ἐς πάσας ἐς διακοσίας.*[35] — Plutarchus tradit Persarum classem, cum Cimon appropinquaret, pugnam evitasse, cum octoginta naves Phoenicias, quae exspectarentur, ante pugnam sibi adiungere vellent. Cimonem autem, antequam Phoenicum naves Persis adiunctae essent, Persas, qui in ostium Eurymedontis se recepissent, adortum esse et vicisse. Deinde pedestrem ad Eurymedontem pugnam narrat; denique post hanc duplicem victoriam etiam octoginta illas naves Phoenicias ad Hydrum deletas esse. — Altera igitur pugna navalis, quae a Plutarcho commemoratur, demum post pugnam Eurymedonteam facta est. Quod autem Aristides et Diodorus inter se consentiunt, valde mirari debemus: Diodorus enim quae de pentecontaëtia rettulit, ex Ephoro hausit et earum rerum, quas de pugna Eurymedontea memoriae prodidit, fons est praeter Ephorum epigramma illud, quod Simonidi auctori tribui solet. Idem autem epigramma adfert etiam Aristides atque ita, ut valde a Diodoro differat. Apud Diodorum enim v. 5: *οἵδε γὰρ ἐν Κύπρῳ Μήδων πολλοὺς ὀλέσαντες*, apud Aristidem *οἵδε γὰρ ἐν γαίῃ Μήδων πολλοὺς ὀλέσαντες* traditum est. Haec discrepantia gravissima est. Diodorus enim videlicet ex illa sua scriptura navalem pugnam ad Cyprum, non ad Eurymedontem factam esse narrat. Itaque si ea de re Aristides idem atque Diodorus tradidit, apud Aristidem eadem quoque scriptura exspectanda erat. Traditum autem est *ἐν γαίῃ*. Neque corruptela subest huic loco: nam idem epigramma ab Aristide etiam II 380, 5 et a schol. III 209 cum eadem scriptura adfertur et Krüger, Bergk aliique verisimillimum esse demonstrare conati sunt, hanc Aristidis scripturam veram, illam Diodori, quae etiam in Anthol. Pal. VII 296 et apud Arsenium, qui initio XVI saeculi floruit, invenitur, falsam esse.

Scriptura igitur *ἐν γαίῃ* apud Aristidem tenenda est. Sed si tenetur, Aristides secum dissentit: nam si legit et scripsit *ἐν γαίῃ*, non erat, cur navalem pugnam non ad Eurymedontem esse factam narraret. Hanc dissensionem ita explicari posse arbitror: Aristides, quae de pugna Eurym. rettulit, ex aliquo fonte repetivit, qui rem similiter exposuerat atque Diodorus, — Diodorum enim ipsum non ab Aristide adhibitum esse pro certo statuere possumus —; deinde epigramma illud ex alio fonte, in quo *ἐν γαίῃ* traditum erat, addidit.

Quae apud Aristidem I 153, 15 scripta invenimus de pace post bellum Persarum ab Atheniensibus cum Persis facta, unda hausta sint, enucleari non posse arbitror. Nam quae Dem. de fals. leg. 273 et Plut. Cim. 13 eadem de re rettulerunt, non plane cum Aristide consentiunt; Aristides enim haec tradit: *ὡμολόγησε* (Per-

[35]) Utrum Aristidis verba: *ἀμφότερα ἡμέρᾳ μιᾷ νικῶν* (cf. *δύο τρόπαια εἰς μίαν ἡμέραν ἤλθε*) ficta sint ex Thucydidis verbis: *ἐνίκων τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀμφότερα*, ea de re certum aliquid confirmare non audeo.

sarum rex) *δυοῖν μὲν ὅροιν εἶσω μηκέτι πλευσεῖσθαι, πρὸς μεσημβρίαν μὲν Χελιδονέας, πρὸς δὲ ἄρκτον Κυανέας θέμενος, θαλάττης δ' ἀφέξειν ἴσον παντα χῆ σταδίους πεντακοσίους.* Demosthenes haec: *Καλλίαν τὸν Ἱππονίκου ταύτην τὴν ὑπὸ πάντων θρυλουμένην εἰρήνην πρεσβεύσαντα, ἵππου μὲν δρόμον ἡμέρας πεζῇ μὴ καταβαίνειν ἐπὶ τὴν θάλατταν βασιλέα, ἐντὸς δὲ Χελιδονίων καὶ Κυανέων πλοίῳ μακρῷ μὴ πλεῖν.* Plutarchus haec: *τοῦτο τὸ ἔργον οὕτως ἐταπείνωσε τὴν γνώμην τοῦ βασιλέως ὥστε συνθέσθαι τὴν περιβόητον εἰρήνην, ἵππου μὲν δρόμον ἀεὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀπέχειν θαλάσσης, ἔνδον δὲ Κυανέων καὶ Χελιδονίων μακρᾷ νηῒ καὶ χαλκεμβόλῳ μὴ πλέειν.* Demosthenes igitur et Plutarchus magnopere inter se congruunt (cf. Plut. *τὴν περιβόητον εἰρήνην.* Dem. *τὴν θρυλουμένην εἰρ.*); tamen Plutarchus, cum dicat *τῆς Ἑλληνικῆς ἀπέχειν θαλάσσης* et addat *χαλκεμβόλῳ* (sc. *νηΐ*) et paulo post Callisthenis et Crateri de hac pace sententias adferat, ex Dem. non hausit. Aristides autem ea verba, quae magni momenti sunt, *μακρᾷ νηΐ* plane omisit; pro Demosthenis autem et Plutarchi vocibus *ἵππου δρόμον* (*ἡμέρας*) Aristides tradidit *πεντακοσίους σταδίους* (i. e. fere duodecim miliaria Germanica); Aristidem id suo ipsius ingenio ex illis verbis mutasse, hoc ponere licere von videtur. Aristides deinde nihil de pace dicit, sed tantum *ὡμολόγησε.*[36])

Veteres scriptores disceptabant, utrum ea pax revera esset facta, necne; itaque Demosth. pacem *θρυλουμένην*, Plut. *περιβόητον* nominaverunt. Callisthenes (Plut. Cim. 13) eam pacem non esse factam, sed tacito consensu bellum esse compositum, cum Persarum rex Graecos timeret, memoriae prodidit. Craterus (Plut. Cim. 13) autem in sua *συναγωγῇ ψηφισμάτων* tradiderat: *ἀντίγραφα*, ut aït Plut., *συνθηκῶν ὡς γενομένων· φασὶ δὲ*

[36]) tamen eum sensisse pacem esse factam effici posse videtur ex vocabulo *θέμενος* (apud Plut. legitur *συνθέσθαι*).

(sc. Craterus) *καὶ βωμὸν εἰρήνης διὰ ταῦτα τοὺς Ἀθηναίους ἱδρύσασθαι καὶ Καλλίαν τὸν πρεσβεύσαντα τιμῆσαι διαφερόντως.* Theopompus denique (Müller FHG. I p. 306) fortasse ad id monumentum a Cratero adlatum respiciens dixit, id monumentum, quod IV a. Chr. n. saeculo in foro Athenarum fuisset, falsum fuisse. Sed id non dubitandum videtur esse, quin Aristides neque ex Dem. neque ex Plut., sed aliunde hauserit, quae de hac pace memoriae prodidit. Quis autem fuerit alius hic fons, in dubio est. Eidem autem huic fonti ignoto tribuam, quae Aristides paulo ante rettulit: I 153, 10 *ἀφῆκε πάντα μὲν τὸν κάτω τόπον* (i. e. *τὴν παραθαλασσίαν Ἰωνίαν*, schol. III 213, 21; 526, 22) *μυριάδας σταδίων τῆς Ἀσίας . . . ὥστε μὴ μόνον τὰς νήσους καὶ τοὺς ἐν ταύταις παντοδαποὺς Ἕλληνας ἐλευθέρους εἶναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς τὴν ἐκείνου χώραν κατοικοῦντας πλέον τῆς ἐκείνου δυναστείας καὶ ἀρχῆς ἀπέχειν ἢ πρότερον τοὺς τὴν ἀρχαίαν Ἑλλάδα.* Similiter II 157, 15 *τάς τε πόλεις ἁπάσας ἀφεῖσαν καὶ τῆς κάτω χώρας οὐκ ὀλίγης ἀπέστησαν.* Quamquam haec res nusquam diserte exponitur, tamen facili negotio colligi poterat ex Plut. et ex Thuc. Potuit colligere etiam Aristides, tamen verisimilius mihi videtur esse eum in hac re enarranda illum quoque fontem adhibuisse, ex quo pacem Calliae repetivit.

De accusatione Periclis:

II 244, 5 *δικασταὶ δ' ἑκατέρῳ* (Pericli et Miltiadi) *καθήμενοι χρήμασιν ἐζημίωσαν* cf. II 246, 5.

II 249, 1 *Περικλέα μὲν οὐδεὶς τῶν ὁμιλητῶν οὐδὲ τῶν ἐκ τοῦ δήμου τὴν γραφὴν ἐκείνην ἐγράψατο, ἀλλ' εἷς τῶν ἀντιστασιωτῶν.* Ad quod schol. III 694, 35: *Κλέωνα δηλοῖ· οὗτος γὰρ αὐτοῦ τῆς κλοπῆς κατηγόρησεν.*

II 251, 5 *εἴ τις ἤρετο τὸν Πλάτωνα, εἰ δικαστὴς αὐτὸς τῷ Περικλεῖ καθῆστο, ὅτ' ἔφευγε τῆς κλοπῆς, πότερον τῶν καταψηφιζομένων ἂν ἦν καὶ πλείονος ἀξίους τοὺς Κλέωνος λόγους τῶν Περικλέους ἡγεῖτο ἢ κτλ.*

II 262, 10 *ἐκράτει Κλέων Περικλέους* et paulo post: *οὕτω τοίνυν κἀν τῇ δίκῃ οὐ τῶν Περικλέους λόγων οὐδὲ τῆς ἐπιστήμης ἐκράτησεν οὐδέ γε ὡς ἀνεπιστήμονος περιεγένετο, ἀλλ' ἀπέλαυσε τοῦ καιροῦ.*

Apud Thucyd. II 65 de Periclis accusatione et damnatione pauca scripta invenimus: *οὐ μέντοι πρότερόν γε οἱ ξύμπαντες ἐπαύσαντο ἐν ὀργῇ ἔχοντες αὐτὸν πρὶν ἐζημίωσαν χρήμασιν.* Plut. Per. 35 numerum talentorum, quibus multatus est, addit et pergit: *ἐπεγράφη δὲ τῇ δίκῃ κατήγορος, ὡς μὲν Ἰδομενεὺς λέγει, Κλέων, ὡς δὲ Θεόφραστος, Σιμμίας· ὁ δὲ Ποντικὸς Ἡρακλείδης Λακρατίδαν εἴρηκε.*

Arbitretur quispiam Aristidem hinc deprompsisse sua, quae de Cleone, accusatore Periclis, rettulit, praesertim cum Plut. (Per. 33) Hermippo auctore referat Periclem a Cleone turbatum et vexatum esse. Quod si quis opinatur, impugnari nequit. Sed unum restat, quod neque a Thuc. neque ab ullo alio scriptore traditum est, Periclem *κλοπῆς* accusatum esse. Id novum est et ex tertio aliquo fonte emanasse necesse est. Fueruntne fortasse Eupolidis *δῆμοι?* (cf. Sintenis l. l. p. 229).

De Platonis in Siciliam itineribus:

II 232, 1 sqq. Plato ab eo tyranno, quem educare susceperat, in custodia tenebatur et nisi Archytas pro eo deprecatus esset, in lautumias coniectus esset. Deinde Plato a Dionysio Lacedaemonio cuidam Pollidi traditur, ut veniret. A Pollide in Aeginam transportatur, ubi lex erat, ut si quis Atheniensis insulam intraret, necaretur. Tamen Plato non necatur, sed a Libe quodam Anniceride emitur, qui eum sine pretio Athenas remittit, cum Dio ei pretium reddere velit. Cum Dionysius mortuus esset et Dionysius minor ei in tyrannidem successisset, Plato iterum in Siciliam vehitur, sed iterum male tractatur. Tertium denique Plato, cum Dionysius *ἐλπίδας φιλανθρώπους ὑποτείνας* eum invitaret, in Siciliam navigat, sed cum antea regis ipsius odium excitavisset, nunc et regis et familiae eius odium excitavit. II 236, 5 tradit Platonem, cum quis ei obiiceret, cur iterum et tertium eo navigavisset, dicturum esse, pulchram sibi causam fuisse: se omnia haec Dionis causa fecisse.

Haec omnia ita cum Diogene Laërtio consentiunt, ut de communis fontis usu dubitari non possit. Vide quae hac de re monuerunt Steinhartus: Leben Platons p. 315 et Wilamowitzius: phill. Unterss. III p. 151.

Unum interest inter Diogenem et Aristidem: Aristides enim Platonem Archyta auctore servatum esse in primo itinere, Diogenes in altero itinere narravit: (Steihartus l. l. p. 315: (Aristides) lässt mit plumper Verwechslung des Vaters und des Sohnes (sc. Dionysii maioris et minoris) den Archytas für Platons Leben bitten).

II 229, 10 Aristides illos quattuor, quos hac declamatione defendit, dicentes facit: *εἰκὸς μέν σε γ' ἄμεινον ἡμῶν ταῦτ'* (sc. culinarum artes) *ἐπίστασθαι . . . οὐ γὰρ πυκνὰ ἐπεμίξαμεν τῇ Σικελίᾳ.* Quibus verbis secundum Steinhartum l. l. p. 314 tangit, quod accuratius apud Themistium 23, 285 et Lucianum (de paras.) traditum est, Platonem in Siciliam ivisse, ut Siciliensium culinarum artes cognosceret. Steinhartus haec ad foedum illum librum *Ἀρίστιππος περὶ παλαιᾶς τρυφῆς* inscriptum (de quo v. quae disseruit Wilamowitzius Ant. v. Kar., phill. Unterss. V p. 47 sqq.) aut ad iocum comici cuiusdam pertinere censuit, quem iocum cum non intellegerent, pro vero putavissent rhetores Aristides et Themistius.

II 249, 5 Fabula illa, quam de Platonis schola apud Aristidem legimus, a compluribus scriptoribus memoriae est prodita. Maximam affinitatem Aristides cum eis habet, quae ab Aristocle (Euseb. praep. ev. XV 2, 3) narrantur; interest id solum, quod Aristocles *τινὰς ξένους,*

Aristides *ἑταίρων τινάς* a magistro defecisse et propriam scholam prope ad Academiam condidisse narrat. Novum autem est, quod a nullo alio scriptore traditum esse video, Chabriam et Iphicratem Platoni, cum ab illis vexaretur, auxilio venisse II 250, 1: *καὶ εἰ μὴ Χαβρίας καὶ Ἰφικράτης . . . αἰσθόμενοι τὰ γιγνόμενα ἠγανάκτησαν καὶ τὸ ἐπιτείχισμα διέσπασαν καὶ τοῦ λοιποῦ προσέταξαν σωφρονεῖν αὐτοῖς, παντ' ἂν ἐκεῖνα μεσιὰ τραγῳδίας ἦν.* Ceterum cf. Zeller Phil. d. Gr. II^3, 2 p. 11 n. 2.

De Palamede Aristides II 260 haec tradidit: Palamedes, sapientissimus Graecorum, qui *τὰ τακτικὰ* et *πάσας ἰὰς ἄλλας μηχανὰς* excogitavit, auctore Ulixe[37]) proditionis accusatus et capitis damnatus est. Palamedem sapientiorem Ulixe fuisse testatur Aristides ex Pindaro. Quod dicit Agamemnonem et Menelaum a Palamede didicisse exercitum et naves numerare, cum antea ne quot pedes quidem aut manus haberent, scivissent, eius rei testis est Plat. resp. VII 522 D. Illam damnationem iniustam fuisse Aristides secundum Plat. apol. Socr. 41 B narravit. Testem denique adfert tragicum quendam: *ὡς μὲν γὰρ ἡ τραγῳδία φησὶν, οὐδὲ τῶν βοσκημάτων οὐδὲν διέφερον, πρὶν ἐκείνῳ συγγενέσθαι.* Ad quod schol. III 702, 30 addit: *τοῦτο ἐν Αἰσχύλῳ Προμηθεὺς λέγει περὶ τοῦ ἀνθρωπείου γένους.* Meminerat autem schol., haec scribens, Aeschylei versus (Prom. 452 sq.):

κατώρυχες δ' ἔναιον ὥστ' ἀήσυροι
μύρμηκες ἄντρων ἐν μυχοῖς ἀνηλίοις.

cf. versus sqq. Hoc suo iure Nauckius, qui illud fragmentum in adesp. numero (Nr. 393) rettulit, animadvertit.

Itaque haec nota schol. non pertinet ad rem. Sed Athen. I p. 11 D haec tradidit: *Φιλήμων δέ φησιν ὅτι*

[37]) cf. Aristidis verba *ὄντα μὲν αὐτὸν* (Palamedem) *κυριώτερον τοῦ Ὀδυσσέως εἰς σοφίας λόγον, ὡς ἔφη Πίνδαρος, εἰθ' ἡττηθῆναι τοῦ χείρονος.* cf. schol. III 702.

τροφαῖς τέτταρσιν ἐχρῶντο οἱ παλαιοί, ἀκρ., ὠρ., ἔσπ., δ., . . . ἔσει δ' ἡ τάξις καὶ παρ' Αἰσχύλῳ τῶν ὀνομάτων, ἐν οἷς Παλαμήδης πεποίηται λέγων·

καὶ ταξιάρχους[38]) *καὶ στρατάρχας καὶ ἑκατοντάρχας*
ἔταξα. σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα·
ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα δ' αἱρεῖσθαι τρίτα.

Hoc apud Nauckium Aesch. frg. 186 legitur. Est igitur locus ex tragoedia quadam Aeschylea, ubi Palamedes de se dicit se *ταξιάρχους* et *στρατάρχας* et *ἑκατοντάρχας τάξαι*. Sed Plato quoque eo loco, quem Aristides transscripsit, locum quendam tragicum adfert, ubi Palamedes dicit se, cum numerum invenisset, acies instruxisse et naves ceteraque numerasse. Itaque haud difficile mihi videtur, utrumque coniungere: locum eum, quem Plato adfert, ex ea tragoedia repetitum esse, ex qua Athenaeus fragmentum attulit. Aristides autem in eodem sententiarum connexu locum quendam tragicum attulit et etiam hunc eidem Aeschyli tragoediae adscribam. Haec coniectura confirmatur scholiastae nota, quam non omnino abiicio: nomen tantum fabulae, quam adfert schol., falsum est, nomen auctoris rectum.

Hoc igitur fragmentum apud Platonem resp. VII 522 D. ita esse habet: *παγγέλοιον γοῦν στρατηγὸν Ἀγαμέμνονα ἐν ταῖς τραγῳδίαις Παλαμήδης ἑκάστοτε ἀποφαίνει. ἢ οὐκ ἐννενόηκας, ὅτι φησὶν ἀριθμὸν εὑρὼν τάς τε τάξεις τῷ στρατοπέδῳ καταστῆσαι ἐν Ἰλίῳ καὶ ἐξαριθμῆσαι ναῦς τε καὶ ἄλλα πάντα.* Apud Aristidem: *ὡς μὲν γὰρ ἡ τραγῳδία φησὶν, οὐδὲ τῶν βοσκημάτων οὐδὲν διέφερον, πρὶν ἐκείνῳ συγγενέσθαι. οἱ δὲ τοσοῦτον ἀπεῖχον τοῦ σύμπαντας ἂν αὐτοὺς ἀριθμῆσαι ἢ τὰς ναῦς ὁπόσαι τινὲς ἦσαν, ἂς ἦγον, ὥστ' οὐδ' ὁπόσοι τινὲς αὐτοῖς εἰσὶν οἱ βασιλεῖς ὅ τε Ἀγαμέμνων καὶ ὁ Μενέλαος ἔμελλον εὑρήσειν.* Res ita sese habere mihi videtur: Aristides, cum locum

[38]) Traditum est *ταξιάρχας*. sed vocabulum *ταξιάρχης* in lingua Graeca non usurpatum est, itaque putavi *ταξιάρχους* scribendum esse

Platonicum inveniret, ipsum opus poëtae evolvit et inde *οὐδὲ τῶν βοσκημάτων οὐδὲν διέφερον* ad ea, quae apud Platonem invenerat, addidit. (simile vide supra p. 65). Quod tum sequitur apud Platonem: *ὡς πρὸ τοῦ ἀναριθμήτων ὄντων καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὡς ἔοικεν, οὐδ' ὅσους πόδας εἶχον εἰδότος, εἴπερ ἀριθμεῖν μὴ ἠπίστατο,* Plato ipse addidit, ut ait Aristides II 260, 15: *ἀλλὰ ταῦτα μὲν Πλάτων τε ἡμῖν προσπαίζει τοὺς τραγικοὺς καὶ ἡμεῖς συνεπαίξαμεν.*

Denique Aristides dicit Palamedem *τὰ τακτικὰ* excogitasse; hoc ex Platone, quem non plane intellexit, sumpsisse mihi videtur: Plato enim (aut Aeschylus) dicit Palamedem milites instruxisse (sc. ut eos numeraret). Aristides quidem inde finxit eum artem milites instruendi excogitasse, quod statim rhetorice exornatur: . . . *τὰ τακτικά, ὑφ' ὧν ἅμα σώζεσθαι καὶ τῶν ἐναντίων κρείττοσιν εἶναι περιῆν αὐτοῖς.*

II 143, 5 de Meleagro, qui in Argonautarum expeditione et in venatione illa Calydonia magnam gloriam adeptus est, Aristides dicit: *πρότερον δ' ἔγωγ' ἂν ᾤμην τὸν Μελέαγρον ὀφλῆσαι δειλίας ἢ Περικλέα, ὃν γε καὶ πρὶν γενέσθαι προεῖπεν ὑπ' αὐτῶν τῶν ἐναντιωτάτων ὁ θεός, προειπὼν αὐτοῦ τῇ μητρὶ λέοντα τέξεσθαι· ἡ δ' ἐπὶ ταύτῃ τῇ ὄψει τίκτει Περικλέα.* Schol. III 499, 32 causam, cur Meleagrum cum Pericle comparaverit, hanc addit: *ἥ τε γὰρ μήτηρ τοῦ Μελ., ἡ Ἀλθαία ἔδοξε λαμπάδα τίκτειν σὺν τῷ Μελ.* Sine dubio schol. hoc finxit ex historia de Periclis matre tradita et ex illa de Meleagri morte.

II 256, 1 de Polydama Olympionica: *ἐκεῖνος τὰ μὲν ἅρματα ἴσιη τρέχοντα. Ὀλυμπίασι δ' ἡττήθη μικροῦ τινος ἀνταγωνιστοῦ.* Prius illud a Paus. VI, 5, 6 traditum est; eum autem a pusillo quodam adversario superatum esse Aristides solus tradidisse videtur.

II 239, 20 hanc sententiam significavit: Nemo ab aurigis quamvis excellentibus (e. g. a Molionidis) postulabit, ut equos indomitos Diomedis Thracis ita regant, velut si eos ab initio habuerint. — Molionidas optimos aurigas fuisse nosse videtur ex Il. XXIII 641. Quod schol. III 687 adnotat: *οὗτοι πρῶτοι μὴ λιπεῖν τὰς τάξεις ὁμνύειν τοὺς (παρα)τιτομένους παρεσκεύασαν· ἔνθεν Λυκοῦργος τὰς ἐνωμοσίας παρὰ Λακεδαιμονίοις κατέστησε*, singulare videtur.

II 163, 1 hoc profitetur Aristides: Necesse erat Graecos, cum Persae appropinquarent, omnibus virtutibus florere. *οὔκουν Δολόπων γε οὐδεὶς ἐπ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἀπήντησεν, οὐδὲ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοίως ἐκείνοις ἡγμένων.* Tum Datidis in Graeciam expeditio narratur. Quid Aristides hoc loco tetigerit, ignotum est. Dolopes Persarum partes secutos esse Her. VII 132 et 185 narrat. Aristides autem non hoc, sed aliud adumbrare videtur, Dolopes *κακῶς ἡγμένους* fuisse. Sed hac de re nihil a scriptoribus traditum est. Neque schol. III 540 quicquam certi attulit; locus Demosth. de cor. 63, qui a schol. adfertur, sine dubio non Aristidis fons fuit.

II 131, 1 Thucydidem discipulum Antiphontis fuisse. Idem tradidit Marc. *a* § 22 et Caecil. vita X oratt. p. 832 e.

II 135, 5 *οἱ λόγιοι θεοί* adferuntur, quos schol. III 483, 30 dicit Apollinem et Mercurium. Hunc etiam Lucianus (gall. 2; pro merc. eond. 2 al.) et posteriores scriptores *λόγιον θεὸν* nominaverunt. Apollinem nullus alius scriptor — quoad equidem vidi — *λόγιον θεὸν* professus est. Tamen cum Apollini versus faciendi et canendi ars sacra sit, etiam *λόγιος θεός* facile appellari potest.

II 145, 15. *Βυζάντιοι σιδήρῳ νομίζουσι, . . . Καρχηδόνιοι σκύτεσιν.* Hoc explanatur a schol. III 505, 23: *τοῦτο δὲ λέγει οὐχ ὅτι σκύτινα νομίσματα εἶχον, ἀλλὰ βύρσας παρεῖχον, ὡς πολύθηρον οἰκοῦντες χωρίον καὶ οὕτως ὃ ἐβούλοντο, ἐδέχοντο.* Itaque Byzantios ferro, Carthaginienses pellibus negotiatos esse dicere vult. Utrumque novum est. Potius constat Byzantios frumento merca-

turam fecisse et Carthaginienses prope ad urbem argenti fodinas habuisse.

II 197, 5 Pyrphori mentionem facit; mos enim erat Lacedaemoniorum, ut cum contra hostes proficiscebantur, sacerdos ignem inexstinctum ferens — unde *πυρφόρος* nominabatur — exercitui praeiret. Hoc de more cf. Xen. resp. Lac. 13, 2. Inde de internecione exercitus dicebatur: *ἔδεε δὲ μηδὲ πυρφόρον ἐκφυγόντα περιγενέσθαι.* cf. schol. III 619.

II 208, 1 *οὐ ναίτας ἀνθ' ὁπλιτῶν ἐθίζων* (Themistocles) *Ἀθηναίους εἶναι . . . οὐδ' ἵνα τὸν πάντα χρόνον τὴν θάλαττιαν οἰκῶσιν. ὥσπερ τὸν Γλαῦκόν φασι τὸν Ἀνθηδόνιον, ἢ τὸν Σάρωνα τὸν ἐπώνυμον τοῦ πελάγους.* De Glauco Anthedonio apud compl. scriptt. traditum est; ut apud Platonem, qui eum resp. X 611 C-D *τὸν θαλάττιον Γλαῦκον* nominat, praeterea apud Athenaeum, Pausaniam, alios. De Sarone Paus. II 30, 7; Etym. M. p. 708, 52; Dionys. Byz. anapl. Bosp. Thr. frg. 48 (Müller geogr. Gr. min. II p. 53).

II 254, 15 legem Persarum quandam adfert, quam solus Aristides tradere videtur: . . . *νόμον, ἄν τις αὐτῶν σχῇ τινα φαύλην αἰτίαν, μὴ πρότερον καταγιγνώσκειν μηδ' ἂν ἐλέγχηται, πρὶν ἂν παρ' ἄλληλα ἐξετάσαντες ἃ τε εὖ καὶ ἃ κακῶς ἐποίησεν, εὕρωσι τὰ χείρω νικῶντα. ὅταν δὲ τὰ τῶν εὐεργεσιῶν ἔμπροσθεν ᾖ, καὶ τοῖς φανερῶς ἀδικοῦσιν ἀφεῖσθαι τάττειν τὸν νόμον.*

II 257, 5 dictum Orontis adfert: *περὶ τοῦ δακτύλου φασί ποτ' εἰπεῖν Ὀρόντην τὸν Πέρσην, ὡς ὁ* (articulum addidit Wyttenbachius) *αὐτὸς ὢν τῇ θέσει ποτὲ μὲν τὰ μύρια σημαίνει, ποτὲ δὲ μὴ πλέον ἢ ἕν.* Idem Orontis dictum attulit Plut. apophthegm. regg. s. v.; Diogenes Laërtius I 59 tribuit Soloni. Planius exposuit de hoc dicto Wyttenbachius adnott. ad apophthegm. regg. VI, 2 p. 1047.

Index.

Pag. ed. Dindorfiae.	Pag. ed. Jebbiae.	Pag. diss. meae.
159	118, 10	35 36
160	118, 15	14 15 36 38
	119, 5	19 20 38
161	119, 10-15	11 12
	119, 15	11 20
	120, 1	4
162	120, 10	11 13
164	122, 5	71
165	123, 15	11 12
166	123, 20	12
	124, 5	16 46
167	124, 15	34
168	125, 5	14
	125, 10	32 61
	126, 1	11 13
169	126, 5	12 15
170	127, 10	5
171	127, 5	37
	127, 15	9
172	128, 10	3
173	129, 1	57
	129, 5	67
174	129, 10	65 66
176	130, 15	11 13
	131, 1	9 11 14 89
177	131, 10	6
179	133, 5	56 65 68
180	133, 10	56
	134, 1	15 38
	134, 5	68
181	134, 10	5 57
182	135, 1	35
	135, 5	89
183	135, 15	17
	136, 1	17
	136, 5	14 38
	136, 10	15 49
184	137, 5	65 68
185	137, 10	15
186	138, 1	58
	138, 5	15
	138, 10	16
187	139, 10	56
	139, 15	36
188	140, 15	48
189	141, 5	36
190	141, 10	13
	142, 5	16
191	143, 5	6 33 38 60 88
192	143, 10	4 63
	143, 15	47 55
193	144, 1	5
195	145, 15	89
196	146, 15	11
	147, 1	15
197	147, 15	15
199	148, 10	11
	148, 15	36
	149, 1	47 54
	149, 5	11 18
200	149, 10	14
	149, 15	17
	150, 1	71

Pag. ed. Dindorfiae.	Pag. ed. Jebbiae.	Pag. diss. meae.
201	150, 5	36
	150, 10	57
202	150, 15	12
	151, 5	71
203	152, 5	72
204	152, 10	45
	153, 5	68
205	154, 1	56
207	155, 10	9 65 66
208	156, 1	18
	156, 10	79
209	157, 1	46
210	157, 15	10 83
212	158, 5—10	46
	158, 15	4 46
214	160, 10	13 24 61
215	161, 10	64 75
216	162, 1	65
217	163, 1	6 89
218	163, 15	50
219	164, 5	50
220	165, 5	5 9
223	167, 15	13
224	168, 1	25
225	168, 15	6 21
226	169, 5	24
227	169, 20	22
228	170, 15	5
229	171, 15	57
230	172, 5	24 62
231	173, 5	25
232	173, 10	32 47
	173, 15	9
233	174, 1	17 74
	174, 15	14
234	175, 1	32
	175, 5	24 25
	175, 10	14
	175, 15	49

Pag. ed. Dindorfiae.	Pag. ed. Jebbiae.	Pag. diss. meae.
235	176, 1	10 47
236	176, 5	68
237	176, 10	5
	176, 15	62
	177, 5	25
238	177, 10	31
239	178, 5	29 32 44
241	179, 15	26
	180, 5	26
242	180, 10	26
	180, 15	28
243	181, 1	27
245	183, 5	27
246	183, 20	56
247	184, 10	22
248	185, 10	38 39
	185, 1	69
249	186, 5	27
250	187, 5	39
251	187, 20	28 40
	188, 1	42 61
252	188, 5	40
	188, 15	40
253	189, 1	38
254	189, 15	41
	190, 5	28 41
255	191, 1 et 5	41 42
256	192, 1	42 43 51
	192, 10	71
257	193, 5—10	43
258	194, 5—10	44 45
259	195, 1	29 44
261	197, 5	90
262	198, 1	4
264	199, 5	64
265	200, 5	71
267	202, 10	14 40
272	206, 10	42
273	207, 1	57

Pag. ed. Dindorfiae.	Pag. ed. Jebbiae.	Pag. diss. meae.
274	208, 1	90
275	208, 10	29
276	209, 10	19
277	210, 5	57
278	210, 15	4
	211, 1	5 28
280	212, 5	65
281	212, 15	3 14
	213, 1	40
	213, 5	44
282	213, 10	14 44
	213, 15-20	44
284	215, 1	32
285	216, 5	66
	216, 10	14 32
286	217, 1	30
	217, 5	30
	217, 10	29
287	217, 15	30
	218, 1	51 53
288	218, 5	3 53
	218, 15	31
289	219, 10	31
290	220, 5	38
	220, 10	45
291	221, 5	45
292	222, 1	9
300	228, 5	67
301	229, 5	71
	229, 10	85
304	231, 15	32 63
	232, 1	4 84
306	233, 15	18 45
308	235, 1	70
309	236, 1	33
	236, 5	70 85
310	237, 10	63
313	239, 20	88
314	240, 10	41

Pag. ed. Dindorfiae.	Pag. ed. Jebbiae.	Pag. diss. meae.
315	241, 5	65 69
316	242, 15	47
318	243, 15	18 45 46
	244, 5	4 12 13 83
	244, 10	25
319	244, 10	4
	245, 1	37
320	246, 1	16
321	246, 10	13
322	247, 10	10
324	249, 1	11 83
	249, 5	85
325	250, 1	86
327	251, 5	83
331	254, 15	90
333	256, 1	88
334	256, 10	61 70
335	257, 5	90
339	259, 15	56
	260, 1	86
	260, 5	3 4 61
340	260, 10	62
	260, 15	88
342	262, 10	13 18 84
	262, 15	13 19
	263, 1	37
347	266, 5 et 10	49
349	267, 5, 10, 15	49
	268, 5	11 13
350	269, 10	10 11
359	277, 1	18
360	278, 5	48
361	279, 1	49 60
362	280, 5	47
363	280, 15	9
364	281, 15	54
366	283, 5	35

Pag. ed. Dindorfiae.	Pag. ed. Jebbiae.	Pag. diss. meae.
369	285, 10	10
370	286, 10	33 34
371	287, 1	10
372	287, 15	4
373	288, 1	63
375	289, 20	11
378	292, 10	57
379	292, 15	53 62
380	293, 15	58 59
	294, 1	58 69
381	294, 10	69
382	295, 5	3
383	296, 1	61
385	298, 1	69
386	298, 10	50 55
387	299, 5	64
391	302, 5	50
392	303, 5	52 53
393	304, 1	32
398	307, 5	56 57 58 64
	307, 10	49
399	307, 15	63 64 68
405	309, 15	63
	310, 1	63
406	310, 10	32 56
407	311, 1	21 33 34
	311, 5	54
408	311, 10	49
409	312, 15	13 65
410	313, 1	21
414	314, 15	49

Index scriptorum,
quos Aristides adhibuit.

Aeschines . . . . . p. 74
Aeschines Socr. . . . . „ 9
Aeschylus . . . . . „ 62
Alcaeus . . . . . „ 57
Andocides . . . . . „ 54
Androtion (?) . . . . . „ 33
Archilochus . . . . . „ 58
Aristophanes . . . . . „ 65
Cinesias (?) . . . . . „ 69
Cratinus . . . . . „ 67
Demosthenes . . . . . „ 49
Eupolis . . . . . „ 66
Euripides . . . . . „ 64
Herodotus . . . . . „ 21
Hesiodus . . . . . „ 57
Homerus . . . . . „ 56
Isocrates . . . . . p. 54
Lysias . . . . . „ 53
Meles (?) . . . . . „ 69
Menander . . . . . „ 68
Orphica . . . . . „ 57
Pindarus . . . . . „ 61
Plato . . . . . „ 2
Plato, poëta com. . . . . „ 68
Plutarchus . . . . . „ 84
Simonides . . . . . „ 60
Solon . . . . . „ 60
Sophocles . . . . . „ 63
Stesichorus (?) . . . . . „ 54
Thucydides . . . . . „ 11
Xenophon . . . . . „ 10

Vita.

Natus sum ego Alfredns Mauricius Guilelmus Theophilus Haas, Bergiae, in oppido insulae Rugiae, a. d. VIII idus Julias anni h. s. LX, patre Julio, matre Augusta, nata de gente Grabow. Fidei addictus sum evangelicae. Litterarum primordiis Bergiae imbutus anno h. s. LXXII Paedagogium Regium, quod Putbusii, in Rugiae insulae oppidulo est, adii, quod tum florebat G. Sorofio rectore, viro illustrissimo et humanissimo. Huic et Hauptio, qui tum sacerdos pagi Putbusiensis erat, nunc sacris paroeciae Stargardiensis praeest, et ceteris huius scholae praeceptoribus plurima me debere libenter profiteor. Anno h. s. LXXVIII maturitatis testimonio instructus Gryphiam me contuli, ut in hac alma litterarum universitate studiis philologicis et theologicis me darem; a studiis theologicis post tertium semestre discessi et pro eis in historica studia incubui. Docuerunt me per octo semestria vv. ill. Baierius, Crednerus, Cremerus, Gieseqrechtius, Kiesslingius, Lütjohannus, Preunerus, Schuppius, Seeckius, Susemihlius, Ulmannus, Wellhausenus, Wieselerius, Wilamowitzius, Zöcklerus. Exercitationibus mihi licuit interesse grammaticis Lütjohanni, epigraphicis Wilamowitzii et Seeckii, metricis Wilamowitzii, archaeologicis Preuneri. Seminarii regii philologici ut sodalis essem, benigne concesserunt Kiesslingius et Wilamowitzius, historici Ulmannus. Autumno a. h. s. LXXXII mihi in puerorum ludo litterario, qui in patria mea Breitsprechero rectore floret, munus conrectoris ad tempus delatum est, quo per semestre fere functus sum. Anni denique h. s. LXXXIII per semestre aestivum in patriae meae ludo litterario puellarum magistri munere functus sum.

Restat, ut omnibus quos nominavi, viris gratias agam maximas, imprimis vero Kiesslingio et Wilamowitzio, qui nunc magno cum meo dolore Gryphia cessit.

Sententiae controversae.

I. Dionys. Hal. de vet. script. cens. I (vol. V p. 417 ed. Reisk.) sic scribo: . . . *ὁμοιότης τίκτειαι, ἐπὰν ζηλώσῃ τις, ὃ παρ' ἑκάστῳ τῶν πολλῶν βέλτιον εἶναι δοκεῖ καὶ καθάπερ ἐκ πολλῶν ναμάτων συγκομίσας ῥεῦμά τι, εἰς τὴν ψυχὴν μετοχετεύσῃ.*

II. Dionys. Hal. de vet. script. cens. III, 1 (vol. V p. 424) sic scribo: *τῇ μὲν ἀκριβείᾳ τῶν ὀνομάτων, ἐν αἷς ἑκάτεροι προῄρηνται διαλέκτοις, ἀποσώζουσι τὸ ἴδιον.*

III. Fr. Schroederum (de iteratis apud tragg. Gr., diss. Argent. 1882) non recte Eurip. Hecab. v. 683 eiecisse censeo.

IV. Waitzii coniecturam in Tac. Germ. cp. 26: „ab universis vicis“ falsam esse pono.

V. In Nemesiani ecl. II v. 50

Nam dum Pallas amat turgentes sanguine bacas

censeo „unguine“ scribendum esse pro „sanguine“.

VI. Aelii Aristidis codicem Oxoniensem, qui a Dindorfio littera N significatus est, librorum mss. familiae a ceteris diversae exemplar esse contendo.

VII. Apud Aelium Aristidem II 121, 15 (ed. Iebb.): *Ταῦθ' ὑπὲρ τῆς Περικλέους προαιρέσεως καὶ πολιτείας ἀνὴρ* (sc. Thucydides) *διεξέρχεται, πρῶτον μὲν καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον γεγονὼς καὶ συγγεγονώς, οὐχ ὥσπερ Πλάτων οὐδὲ ἰδὼν αὐτὸν φαίνεται· ἔπειτα κτλ.* post vocem *Πλάτων* pronomen relativum *ὅς* inserendum esse coniicio.

DUPLICATE
0032194595

07011806

07011806
88A.R37
DH C1
DISSERTATIO INAUGUR